
Filoj


68
9 E
27







De finibus bonorũ & malorum.





MARCVS TVLlius Cicero de finibus bonorum atq̃ malorum: post omnes impressiones vbiq; locorum excussas: recens cum fidelissimo exemplari manu scripto: adamussim recognitus: cunctisq; mendis & erroribus: quibus vndiq; scatebat: expurgatus. Adiunctis lucullentissimis commentariis doctissimi Petri Marsi: nunc primum in lucem editis. Nec non amplissimo indice nuper excogitato: qui omnia que sita: dicta: notabilia: & queq; digna cognitu: secundum multiplicem alphabeti ordinem eleganter: & mirifice complectitur: & aliis multis que inter legendũ lectori patebũt.





















Magnifico ac clarissimo equiti aurato Aluisio Mocenico, senatori censoriq; grauissimo, Lucas Panetius canonicus Olchinensis, artium & legum professor .F.



Marci Tullii Ciceronis, romanæ eloquentiæ luminis, præclara uolumina de bonorum atq; malorum finibus, recognoscenda suscepi clarissime Aluisi, ac patrone optime, de quorum medio q̃ tetra uerborum portenta, collatis multis exemplaribus manu scriptis, incredibili labore sustulerim, q̃ uaria passim loca cimmeriis obducta tenebris illustrauerim, testis in primis erit amplitudo tua, & literati omnes, q ea præ manibus euoluent. Adieci insuper exoptatissima Petri marsi cōmentaria, nunc primū in lucem edita, qbus uir doctissimus omnia perplexa, & inuoluta Ciceronis enigmata, ita aperta, & manifesta fecit, ut ea quæ eruditissimis occultissima, & pene inaccessibilia esse uidebant', etiam neoptolemus q̃sq; per se se adiscere ualeat. Apposui præterea nōnulla in margine, quæ cum lectorem admonere, tum textus obscuritati suffragari uident'. Postremo quo uberrimum nostri laboris fructum studiosi reportarent, cōpendio sum, sed medius fidius, mirabilem alphabeticū indicem elucubratus sum, in quo absoluendo p duos & amplius menses elaboraui. Qui qdem quantum faciat ad omnia antiquorum dicta, quæsita & notabilia in omnibus uoluminibus recensenda, magnificentiæ tuæ grauissimum expostulo iudicium. Quicqd enim in acutissimū Epicurum, Stoicum logodedalum, ac ueridicū Peripateticū ab antiqs sapientibus de eo quod est extremum & finis bonorum, seu de humana felicitate disputatum fuit, qua nihil præstabilius mortalibus contingere potest, ad unius oculi ictum ipsa uidere poterit, omniumq; philosophorum nomina, quotquot ab initio mundi fuerūt, cū opinionū uarietate in ꝓpatulo habebit. Quid uero utilitatis afferant hec diuina .M.T. uolumina, ex hoc ipso datur intelligi, quod latinæ linguæ unicū iubar, uelut p campos elysios, ac florida prata decurrens, ꝓfundissima quæq; archana, ac recondita ex scriptis democriti, zenonis, epicuri, gorgiæ, platonis, aristotelis, theophrasti, crisyppi, diogenis, antipatri, mnesarchi, panetii, aristippi, archesillæ, polieni, metrodori, hieronymi rhodii, heracliti, xenocratis, speusippi, caliphonis, dinomachi, polemonis, herilli, cleantis, diodori, carneadis possidonii, excerpsit, delegit, et oībus latini eloqi cultoribus familiaria reddidit. Libet igit' hec oīa a me in .M.T. edita, q̃ntulacūq; sint, tibi patrono, ac benefactori meo singularissimo, sūma eloquētia sūmo cōsilio, cunctisq; disciplinis prædito nuncupare. Facturus eni mihi uideor operæ prætiū, si exiguo munusculo fidæ meæ seruitutis leuia inditia beneficentiæ tuæ cōsecrauero, quæ me licet ignotū mirifice amplexus est, enixissime fouit, opulentissimo sacerdotio locupletauit, qd' nullis meis beneficiis, sed genuina tua liberalitate obuenisse ꝑsuasissimū est. Quo facile ꝑspici pōt, quæ tua est circa excellentissimas quasq; artes elegātia, q̃ntū ingeniis faueas, aut quo demū animo i bonos & studiosos semp existis. Taceo incōparabilem maximo rerum usu prudentiā, admirabilē facundiā, ingenii ꝓmptitudinem, equitatē summā, iustitiā singularē, ac alias heroicas dotes tuas, qbus p omnes etatis gradus floruisti, ut senatus uenetus facere non potuerit, qn te ad oēs urbis Venetæ insignes magistratus, & sublimia officia domi forisq; ꝓuexerit. Nec enim quemq̃ latet, cū plures legatiōes apud oēs pricipes mundi ageres, qua cōstantia, maturitate, fide, cōsilio, celeritate, ingruētia negocia, q̃tumuis difficilia sapienter peceris, incredibiliq; uirtute illis te lōge maiorē ostentaueris. Omitto religiōis obseruātiā innocentiā uitæ, fortunæ ꝓspertatē, cæterasq; politicas laudes tuas in te præfulgentes, qbus ꝓcul dubio effectū est, ut Antonius filius ad diui Marci ꝓcuratoriū fastigiū ꝓmotus fuerit. Iuuenis qppe ingenio clarus, & moribus supra hoīem, in quo nihil fucatū, nihil subdolum, nihilq; nisi magnificū aut excelsum admirandū est, cuius uerba sapiētiæ plena, opa uero grauissima, ac semp regia, q nō minus priuatis q̃ in dignitate cōstitutis, nō minus elegātibus q̃ multitudini se præstare facile uidet', qui nihil magnū præter uirtutē censet, q undiq; doctissimus a doctissimis dictus humaniora studia i summitate unguiū calet, & tenet. Transeo mocenicæ domus splēdorē, quæ multis iam seculis oīum oculis sua uirtute affulsit, a qua cōplures heroes ac semidei tanq̃ ex equo troiano ꝓdiere, inter quos illustris ille Petrus Mocenicus secundus & septuagesimus Venetiarum dux, q cū maris imperio fungeret' ad cōprimendum turcharum rabiē, uniuersā asiam ab hellespōti faucibus usq; in Assyriam igni ferroq; uastauit, Scodramq; romanorum colloniā, totius ferme Epiri caput, graui Othomanorum obsidiōe liberauit. Cæterum ut ea, quæ luce meridiana clariora sunt, missa faciā, te oratū uelim, ut pro mansuetudine tua, has nostras in .M.T. lucubrationes, rem ꝑfecto perexiguā, comiter excipias, neq; illarum tenuitatē sed affectū potius donantis attendas, qui quanto minus fecit q̃ debuit, tanto plus uoluit q̃ imbecillæ uires exequi potuerunt. Quod benignitatē tuam omnino facturū spero, cū tibi & omnibus patritiis uenetis æque gentile, ac proprium est, & præstare magna, & parua serena fronte suscipere. Vale.

REPERTORIVM ALPHABETICVM omnium eorum, quæ notatu & cognitu digna sunt, extractum per dominum Lucam Panetium canonicũ olchinensem, artium & legum ꝓfessorem, ex luculentissimis commentariis doctissimi Petri Marsi in quinq; libros Marci Tulii Ciceronis de bonoꝝ, atq; maloꝝ finibus feliciter incipit.

A

dicit:ferunt pro cibo panem:pro obsonio nasturtium: libro secundo:li.xly.a tergo. car. xxyii.

Naturæ benignitas omnium honestorum semina in nobis ingenerauit:cui resisti non potest:quoniam falsam superat opinionem:libro secundo: linea.20.a fronte. car. xxi.

Naturam simplicem describens philosophus.yii. moralium dicit.Quod si alicuius natura sit simplex:semper eadem actio iucundissima erit: iccirco deus una semper simplici gaudet uoluptate: non enim solum motionis est actio:sed etiã immobilitatis:& uoluptas potius inquiete q̃ in motu consistit:libro secundo: linea ly.a fronte. car. xxyii.

Naturæ congruere quis non potest qui uim naturæ ignorat:atque decretum:quoniam ipsa ab homine optat inuestigari & percipi: ut inde eliciat quod uitæ conducat & moribus: libro tertio: linea. ly. a fronte. car. xlii.

Natura siquidem deus est:aut diuinum instrumentum: libro quarto:linea.liii.a fronte. car. xlyi.

Naturæ in arbitrio ac sortis sita sunt ualitudo:sensuum integritas:& cætera id genus corporis bona:libro.q. linea.36.a fronte. car. xlyiii.

Natura rerum nõ perinde est exequata:ut zeno opinatus est: & recte facta gradus habet:atq; etiam peccata:& inter optime ualere ac pessime egrotare: maximum est discrimen: & humana felicitas accessione quamuis minima semper crescere potest: libro quarto: linea.lyiii. a fronte. car. lii.

Ne & quicquam media syllaba extracta componitur ne quã:ut ex non & uolo fiat nollo:libro secundo:linea. xxxiii.a fronte. car. xyi.

Neoptolemus ennianus a Cicerone commendat: qui aiebat philosophandum esse paucis:libro primo:linea.l. a fronte. car. i.

Nequam hominẽ dixerunt antiqui nihili.s.neq; rei: neq; frugis bonæ:quod genus græci prodigũ: libidinosum inutile:improbum & scelestum dicunt:libro secundo: linea.xxyi.a fronte. car. xyi.

Nequitia secundum Ciceronem in tertia schola tusculanarum questionum dicta est ab eo q; neqnicquam est in tali homine:ex quo idem nihil dicitur:libro quinto linea.lix.a fronte. car. lxiiii.

Nequities frugalitati opponitur: significatq; stoliditatẽ & prodigum uitæ institutum citra omnem bonitatem et rationem:inde Cicero neq; hominem appellat:libro quinto:linea. 60.a fronte. car. lxiiii.

Nero nec populo:nec menibus patriæ pepercit: & dicẽte quodam in sermone communi. Me moriente terra misceatur igni.immo inquit me uiuo:libro tertio: linea. x.a fronte. car. xli.

Nicomachus:authore suida:scripsit de uita & moribus libros ad eudemum sub Aristotelis nomine:piso aurẽ nicomachi opus esse asseuerat:qui libri an Aristotelis sint:dubitari non potest:libro quito:linea.i.a frõte. car. lyiii.

Nobilitas prima æris authore Plinio fuit in delo insula: atq; egina: inde deliacum & æginetecũ : fiebant enim capita columnarum: tricliniorum pedes:& staturæ fulchra:& cætera id genus monimenta:libro secundo:linea.xyii.a tergo. car. xy.

Nobilitate carentes:bona prole:& pulchritudine felicitatem maculant:non enim satis ad illa ydoneus est: qui penitus est deformis: aut ignobilis: aut solitarius sine prole:lib.y.linea.xy.a fronte. car. lxiii.

Nocere e naturæ imperio secũdum Senecam miserius est q̃ ledi:ex illius enim imperio paratæ sunt iuuantis manus. Hi uersus in pectore & in ore sint:homo sum:nihil a me alienum puto:lib.iii.li.lxii.a tergo. car. xli.

Nomen inane dicitur quod sub se nullam ui habet subsistentem:lib.i.linea.lx.a tergo. car. ix.

Notionibus semper secundum Aristotelem in primo phisicorum incipiendum est:dicentem.insita natura nobis est uia:ut a notioribus:magisq; manifestis ad notiora naturæ:magisq; manifesta proficiscamur: libro quinto:linea.15.a fronte. car. lxi.

Nouellare est nouellas uites pangere:& renouellare repastinare:libro quinto:linea.iii.a fronte. car. lxii.

Numi amor secundum Iuuenalem crescit: quantum ipsa pecunia crescit:& minus hanc optat qui nõ habet: libro primo:linea.93.a fronte. car. yiii.

Numidicus metellus: authore gellio dicere solebat. Dii imortales plurimum possunt:sed non plus uelle debẽt q̃ parentes. At parẽtes si pergũt liberi errare: bonis exheredant: quid ergo nos a diis immortalibus diutius expectemus:nisi malis omnibus finẽ faciamus. hisdẽ deos propitius equum est:qui sibi aduersarii non sunt: dii immortales uirtutem approbare:non adhibere debent:lib.iii.linea.l.a fronte. car. xli.

O

Occasio nil aliud est q̃ tempus agendi aptum & conueniens:græce dicit eucería:& locus actionis oportunitas temporis appellatur:unde dicimus:loco facit & dicit omnia: idest oportuna: libro tertio: linea .xxyi. a fronte. car. xxxyiii.

Oculorum laudes Plato exorditur inquiens.Rerũ optimarum cognitionem oculi nobis attullerunt: nam hec quæ de mundo disputantur:nunquam inuẽta essent: si neq; sydera:neq; sol:neq; cœlum suspici potuissent: cognitio neri dei:& alia:quæ sequuntur:libro secundo linea.xl.a tergo. car. xy.

Odi homines ignaua opera: uersus est pacuuii:qui pro tẽplorum foribus scribi deberet:libro primo:linea.xliiii. a fronte. car. i.

Odio dignus esse non potest:nisi quod sua sponte odiosum est:lib.ii.linea.lxiii.a tergo. car. xxy.

Officium primũ dialecticæ est uidere quot modis quod que dicatur: libro secundo: linea. xxxyiii. a fronte. car. xiiii.

Officium cathecon:idest conueniens & cõgruens naturæ stoici appellabant: libro tertio: linea.ii. a fronte. car. xl.

Officium cum circunstantiæ uariant: omnia loco agẽda sunt:& dicenda: aliter id qd decet: seruari nõ poterit: libro tertio:linea.66.a fronte. car. xl.

Officii merces est ipsum officium. Recte enim dicit Seneca fecisse:merces est: sylio etiam attestante:ipsa quidem uirtus sibimet pulcherrima merces:libro secũdo: linea.xi.a fronte. car. xx.

Omne quod uidet teste Seneca:quo diuina atq; humana conclusa sunt:unum est: mẽbra sumus corporis magni:natura nos cognatos edidit: hec nobis amorẽ indidit mutuũ & sociabiles fecit:lib.tertio: linea. xxiii. a fronte. car. xli.

Oppidum est generale nomen urbium ab ope dictum:ut habetur de uerbo. signi. q; eius rei causa menia constituta sunt:lib.y.linea.lyiii.a tergo. car. lxxi.

Opinio democriti est.duo rerum principia esse: plenum: scilicet atq; uacuum: plenũ appellabat athomos: quæ ex illius opinione:non differũt genere:sed forma:positione & ordine: libro primo: linea.xxyiii. a fronte. car. iii.

Opinio Aristotelis secundo phisicorum est:naturam ipsam causam esse:& ita ut alicuius gratia faciat: q̃ duo principia in primis & ante omnia physicus cognoscere debet:lib.i.linea.lix.a fronte. car. iii.

Opinio Ciceronis de natura deorum decidentis epicurũ dicentem.

dicentem. Omnia corporibus esse plena & alia multa quæ ex ipsius uerbis apparent: libro primo: linea.y. a tergo. car. iii.

Opinio Aristotelis putantis materiam esse subiectum: qđ omni specie caret: ex quo omnia expressa atq; effecta sunt: quæ tota omnia accipere possit: omnibusque modis mutare: atq; ex omni parte: interireq; non in nihilum: sed in suas partes: quę in infinitum seccari: atq; diuidi possunt: lib.1.linea.x.a tergo. car. iii.

Opinio Arcesillæ fuit: nõ esse quicq̃ quod sciri possit: ne illud quidem ipsum: quod socrates sibi reliquisset: sic omnia etiam latere censebat in occulto: neque esse qcq̃ quod cerni: aut intelligi possit: quibus de causis: nihil oportere neq; profiteri: neq; affirmare quemq̃: neq; assertione approbare: cohibereq; semper: & ab omni lapsu continere temeritatem: quæ tum esset insignis: cũ aut falsa: aut incognita res approbaretur: neq; hoc quicq̃ esse turpius q̃ cognitioni: & perceptioni assertionem approbationemq; præcurrere: libro quinto: linea.lxy. a fronte. car. lxyiii.

Opinio Arcesi æ fuit: nullum esse uisum a uero: ut non eiusmodi etiam a falso esse possit: libro quinto: linea. x. a tergo. car. lxyiii.

Opinio Aristonis Cii erat: nihil esse bonum præter uirtutem: nihil malum præter ipsum uitium: libro quinto: linea.1.a fronte. car. lxyiii.

Opinio Aristippi Cyrenaici: qui uoluptate corporis omne bonum terminauit: a quo cyrenaici dicti sunt: libro primo: linea.yi.a fronte. car. iiii.

Opinio Democriti fuit: in pfundo ueritatem esse demersam: opinionib⁹ & institutis omnia teneri: nihil ueritati relinqui: libro.y. linea.lxiii.a fronte. car. lxyiii.

Opinio Dionysii fuit secundũ Laertium: finem hominis esse uoluptatem: cum in oculorum dolorem incidisset: libro.y.linea.lxiiii.a tergo. car. lxxi.

Opinio Epicuri de uidẽdi ratione ex gellio libro quinto fuit: effluere semper ex omnibus corporibus simulacra quædam ipsorum corporu; : eaq; se se in oculos inferre atq; ita sensum uidendi fieri: libro primo: linea xxxiii. a tergo. car. iii.

Opinio Epicuri: teste Laertio fuit: ueritatis esse indices sensus: non autem rationes: qui hallucinatione hac laborans opinatus est solem tantum esse quantus uidetur: cum ille sua magnitudine superet omnem terram: libro primo: linea.lxyii.a tergo. car. iii.

Opinio nouæ academiæ fuit: probabilia sectari in quacunq; disciplina: & uitare affirmãdi arrogantiam: quoniam nihil certo sciri aut percipi posse sentimus ob sensuum imbecillitatem atq; angustiam: libro quinto: linea.xxyiii.a fronte. car. lxyiii.

Opinio philonis erat: non esse quicq; quod comprehendi possit: si illud esset sicut zeno definiret: libro quinto: linea.iiii.a tergo. car. lxyiii.

Opinio Socratis philosophorum fontis erat: de cunctis dubitare: nihil q; affirmare: hoc enim unum se tantum scire dicebat: q nihil sciret: libro quinto: linea .lyiii. a fronte. car. lxyiii.

Opinio stoicoꝝ erat: sapientiam habere omnes numeros idest omnia numerata & requisita ad cõsumatam uirtutem: quæ opinio cõmunis fuit aristo. pirrhoni: atq; herillo: libro quarto: linea.xxyiii.a tergo. car. l.

Opinio stoicoꝝ fuit: nullum esse discrimen inter scelera tos: & illos qui nondum plene ad sapientiã: idest summam perfectiõem peruenissent: libro quarto: linea.yi. a tergo. car. liii.

Opinio stoicoꝝ fuit: nullũ esse ponendũ gradũ in uirtute atq; felicitate: lib.y.linea.xlyi.a fronte. car. lxix.

Opinio zenonis erat: id solum esse bonum quod honestũ lib.quarto: linea.xxiii.a tergo. car. l.

Ora proprie dicitur ultima regio ad mare: lib. secundo: linea.lxyii.a fronte. car. xxix.

Ordo quandoq; ponitur pro fortuna.conditione: sorte: unde dicuntur eiusdem ordinis homines: libro quarto: linea.i.a tergo car. ly.

Ostreorum uiuaria primus omniũ sergius orata inuenit in baiano etate Lucii crassi oratoris: ante marsicũ bellum: nec gulæ causa: sed auaritiæ: is primus omnium ostreis lucrinis saporem adiudicauit: libro secundo: linea.lyiii.a fronte. car. xxiiii.

Oua decumana inquit Pompeius dicitur: quia magna: & decumani fluctus apud antiquos: & alia quæ sequuntur: libro secundo: linea.ly.a tergo. car. xy.

P

Pallatus dicitur & pallatum: in quo lingua cum salina saporum qualitatem sentit: libro secundo linea.xly.a tergo. car. xy.

Panem & aquam inquit Seneca natura desiderat: nemo ad hec pauper est: intra que quisquis desiderium suum claudit: cum ipso ioue de felicitate contendit: lib.1.linea.iiii.a fronte. car. yii.

Paradoxa dicuntur a stoicis ea quæ sunt præter communem opinionem: idest admirabilia: stoico um tamen positionibus cõsētanea & cõsequētia: sunt libro tertio: linea.y.a tergo. car. xxxyiii.

Parricidæ a cupiditate fiunt: si eni cupidi non essent: parricidæ non fierent: libro secundo: linea.lxyi.a tergo. car. xiiii.

Parthis Crassus iniustum bellum mouit auri potius cupiditate impulsus q̃ egestate: libro tertio: linea.lyiii.a tergo. car. xlii.

Pathe secundum latinæ linguæ concinnitatem affectus: perturbationes: & recentiori appellatione passiones significat: lib.iii.linea.xxxi.a tergo. car. xxxyi.

Partitio secundum accidens est triplici modo: uno modo cum subiectum in accidens separatur: ut cum dicimus hominum aliqui sunt albi: aliqui nigri: alio modo: cũ accidens in subiecta diuiditur: ut omnium quæ expectantur: alia in anima: alia in corpore sita sunt: tertio modo cum accidens in accidentia secatur: ut omnium candidorum alia sunt dura: alia liquentia: libro quarto: linea.lxii.a tergo. car. xliiii.

Pathos uocatur motus qui efficq; est in animo turbidus: libro tertio: linea.l.a tergo. car. xxxyi.

Patellæ dicuntur secũdum Pompeium uasa parua picata: sacrificiis apta: libro.ii.linea.y.a fronte. car. xy.

Patrueles dicuntur e duobus fratribus procreati: germanus ue ro frater ex eadẽ genetrice: libro.y. linea.lyiii. a tergo. car. ly.

Peccare inquit Aristoteles primo moraliu; multis modis contingit: at recte agere unice: qua propter & alterum facile: alterum difficile est: facile quidem non attingere signum: difficile autem illud attingere. & ob hoc igitur nimium quidem atq; parum uitio ascribuntur: mediocritas uero uirtuti: libro secundo: linea.liiii.a fronte. car. xxyi.

Peculatus est furtu; publicæ pecuniæ: libro tertio: linea xxiiii.a fronte. car. xxxyi.

Pecuniis inhiare est illas cupidissime appetere: & sic de reliquis: quibus inhiat humana cupiditas: libro secũdo linea.xlyi.a tergo. car. xii.

Pecus in pecudum fructu existit: sicut lac: pilus & lana. itẽ agni & hedi statim pleno iure sunt bonæ fidei possessoris & fructuarii: partus uero ancillæ in fructu nõ est: itaq; ad dominũ proprietatis pertinet: & alia multa de hoc: lib.i.linea.xxi.a tergo. car. ii.

Pendere ab aliquo est spem in illo ponere: & omnia sua uota & felicitates inde estimare: fulcrumq; habere atq;

Q

R

T

Virtutes

FINIS REPERTORII.

Ascanius Marsus studiosis Salutem.



Vnquam eos admirari,laudareq; satis possum,qui se non modo sibi,uerum etiam aliis natos esse arbitrantur,idq; omni in re cõtendunt,ut quoaduiunt,pro uirili parte mortalibus prodesse queant,atq; post mortem præclarissimis quoq;,ac honestissimis monumentis se non belluarum more uitam transegisse,posteritati apertissime testentur, quod in quocunq; scientiarum genere uiros eminennissimos sæpissime factitasse testatissimum esse comperimus, hocq; notius esse quis ignorat, quam ut a me explicari necessarium sit. Verum quamquam homines tum ad agendum, tum ad contemplandum gratia ueritatis indagandæ se genitos esse probe intelligant,plurimos tamen eorum uideo ipsam naturam geniumq; suum defraudantium,ab hoc ꝓposito quam longissime abesse, quorum partim id quod sui ipsorum optimum est,quam ingenuis artibus,& bonis institutis excolendo animo diligentiam adhibere oportebat,in congerendas diuitias auaritia incredibili effeminati, eam ipsam intendere cotidie haud quaquam desinũt. Alii uentri pariter & ganeæ dediti ætatem agunt in delitiis,& uoluptatibus,id ipsum summum bonum reputantes. Alii summos magistratus, opulenta sacerdotia,egregios principatus dignitates & honores amplissimos sibi decerni studiosissime quærunt, quibus adipiscendis impensissimam operam dantes, non ambitum, non largitiones, non fedissimas cum insidiis assentationes ommittunt. Et ita his malis artibus uexari suam quisq; conditionem, quam ab ortu diuinam sortiti fuerant,prorsus obliuiscuntur. Nonnulli quoq; se ut hebetes,& indociles, & capessendis disciplinis non idoneos existimant,utpote qui ingenium suum damnant,perinde quasi nõ omnia abunde prestare possent,si mentis agitationẽ atq; solertiam,quã ignauiam & socordiam utiq; exercere mallent Vnde origo animi cœlestis creditur,(ut uerbis quintiliani utar) ideo iure,meritoq; laudandi,ac probandi maxime sunt,qui ab ipso deo per animam immortalem profecti,tam alti muneris non immemores,genus humanum tot, tantisq; beneficiis prosequuntur, ut non secus sui æui homines, quam posteros quoq; enixissime iuuent, quandoquidem illa fœcunda ac beata priscorum ingenia si non æquare,aut superare datum est,saltem imitari,& eorum uestigiis inniti maximo opere student, quo fit,ut postmodum tam scribendo quam docendo uitæ mortalium mirum in modũ prospexisse uideantur. Quod si ipsi liberorum tantum rationem habuissent, non animum in posteros coniiciendo,quis non eos patrimonium non satis amplum,aut magnificum, sed exiguum sane, & angustum reliquisse dignosceret,nec immerito accusari posse,quippe qui bonis quamplurimis quasi quodam maligno,tetroq; liuore suffusi spoliare nos uoluissent. Quis enim,aut quotus quisq; barbaras græcas pariter, & latinas nosset historias, sine quibus, teste Aristotile & ægiptio sacerdote solonis hospite, ut in timéo Plato meminit,nemo non puer est,nec hoc doctus negauerit quisquam, & cui dubium esse potest,quanta in his sit salubris,& frugifera rerum cognitio? quæ exempla eas legentibus uirtutis expetendæ,uitii quoq; maxime uitandi, satis, abundeq; non suggeruntur,dũ ipse mortalium res gestas,actiones,& mores explicant, hec omnia accepta bonitati litteratorum referre cõuenit. Quid quod nullum ab eis genus facultatum ommissum est, in quo opem ferre non certatim contenderint. Quis non necessarium fore animaduertit,ut cuncta,quæ infra globum lunæ sunt,mutationes, & conuersiones subeant,& internitionem deniq; patiantur,nam ut in primo orta sunt,interim crescunt,& uirent, dein adulta aliquantisper remorantur, atq; consistunt, postremo statu præcipiti,aut collabi,aut mori,aut aboleri necesse est,quo circa multo plus dispendii quam cõpendii afferre tempus consueuit quippe ꝙ interitus potius ꝗ́ ortus authorem, & causam esse precipuam philosophi confitentur ad unum fere omnes,quia suapte natura motus eius, quæ prius extare uidebantur continentur illa impellere, disiicere, & profligare non cessat, Ideo per illos doctissimos & prope diuinos uiros,quos supra memoraui sapientissime prouisum est, ne tantum discriminis, atq; detrimenti quantum imminebat, res humanæ paterentur. Hii namq; summis studiis,& uigiliis ea ipsa, quæ per tempus cotidie interim oppugnari,interim expugnari solẽt,ut resistant,labemq;, & excidium si nõ in totum,aliqua tamen ex parte effugiant,summopere elaborarunt, unde ergo quam pari temporis iniuria obliuio extingueretur,unde pleraq; rerum,quæ pene corrupta,& obliterata,& iam collapsa sunt,renouari,instaurari, & quodammodo renasci possent, unde a condito usq; æuo ad nostra usq; tempora uim,& potentiam dei inexplicabilem compertissimam haberemus,qui contra opiniones uanas philosophorum,ex nihilo fecisse cuncta legitur,unde miraculis fidem præstaremus? unde cæsum Iulianum cæsarem illum doctissimum, & porphyrium acutissimum philosophum christi redemptoris nostri immanissimos hostes cum aliis tum precipue ratione temporum confutaremus?

unde

unde situs populorum,& mores gentium,tot artes,tot disciplinas perciperemus, unde solennes,fla tasq; cærimonias nostræ religionis sanctissimæ seruaremus, nisi beneficio litterarum, ingentiq; studio doctissimorum uirorum diuinitus cautum foret, ne sempiterna rerum antiquaretur memoria, & profecto in quo tandem periculo nos uersari contingeret? si uiuendi fine litteris hæc nobis miseranda sors incidisset, certe inter nos & belluas ipsas efferatissimas nihil interesset. Cum itaq; Petrus Marsus patruus meus diligentius consideraret, quantopere laudandi, quantisue præconiis celebrandi sint, qui aliquo meritorum genere sibi humanum genus obnoxium fecerunt, exemplo, & imitatione clarorum uirorum, nullo non die amicis adesse, eosq; in aduersis fortunis deserere haud quaquam uoluit. Et quamquam homo occupatissimus erat in legendis authoribus, quos publice profitebatur, ad erudiendos Iuuenes Romanos simul & externos, qui undiq; confluebant, nihilominus domi sepositus cotidie aliquid dignum memoria cõponebat, opinatus se opere precium facturum, siquos litterarum fructus percepisset, eos passim communicaret, & quod boni optimis studiis iam pridem parturisset, aliquando pareret, quam autem instituto suo cumulate satisfecerit, ex anteacta uita intuentibus facile cognitu esse potest, nec nõ ex commentariis, quos ipse uiuens edidit, & quos moriens edendos utiq; mandauit, utinam citra ullam adulationis, uel potius ostentationis suspitionem mores hominis, & quam ipse præcipue fouendis studiosis bonarum artium constantissimam animi uoluntatem, & promptissimam semper exhibuit, explicare liceret, paucos admodum fuisse ostenderem, qui cum illo hoc officium tam sanctissimæ exercendo merito conferri possent. Nam ut sua ipsius, & ultra quam conditio ferebat, nihil rerum prætermisit, quas in adiuuando, ac sustentando proborum adolescentium inopiam, maxime oportunas esse intelligeret. Insuper ingenium homini ciuile, & plenum urbanitatis erat, non qui cõtumeliis, non qui conuitiis quempiam incesseret, sed qui citra petulantiam facenssimis dictis audientium fauorem, & amicitiam conciliaret. Verumtamen cum in hoc gymnasio florentissimo authores eloquentiæ & poetas egregios interpretaretur, quoties admonuit auditores, ne per luxum, & ocium ingenia sua elanguescere, & torpescere paterentur? ut uitia quoq; seuerissime insectatus est, atqui ipse in obiurgando austerum, non tristem in laudando, aut probando non dissolutum, sed comem egisse uidebatur, ita de facie, quem uellet alterutrum animi habitum induere poterat, quin etiam diebus festis, ne ullo quidem temporis spatio non negociosus esse depræhenderetur, cum illi iusta de causa uacandum foret, & eo magis quod homo ingrauescentis iam ætatis erat in templo sententiarum Salomonis librum, qui usitato titulo prouerbiorum passim circumfertur, & diuinas illas pauli epistolas interprætandi tam græce quam latine nullum laborem effugiebat, adde quod in eis non minus declamauit, quam conciones luculentas habuit Ioannem chrysostomum theologum eloquentissimum imitatus, quo in expositione pauli potissimum utebatur, hinc euenerat, ut iuxta docti & indocti quicunq; eius orationi interfuissent, facile persuasi e concione discederent. Hic igitur tantus ille uir fuit, ut qui nostris temporibus ad tradendas bonas litteras, bonosq; mores natus esse uideretur. At cum multiplicis lectionis scriptores facundos sane ac prepolitos euoluisset, cunctis tamen Ciceronem semper præferre haud quaquam ueritus est, quem uersare, & crebro & diu lectitare non destitit, itaq; merito affirmare ausim hac nostra tempestate neminem extitisse, qui ad Marci Tullii Ciceronis doctrinam atq; eloquentiam festinantibus æque atq; ipse conferre studuerit, & ne forsitan a ueritate me longe alienum esse, & uos ambagibus inuoluere existimetis, hinc argumẽtum maximum afferri potest, quod præter elucubrationes, quæ super Ciceronem in libris de natura deorum, de diuinatione, de officiis ex ipso, dum inter uiuos ageret, non absq; fruge legentium in lucem prodierunt, nunc quoq; humanissimi lectores his laboribus, quorum pauloante mentionem fecimus, succedunt in Ciceronis libros de finibus bonorum & malorum, & in tusculanas questiones commentarii eius uaria eruditione refertissimi, fateor me hos ipsos aliquanto serius quam forte par erat domi meæ continuisse. quos perinde ac si mei patrueles forent, ut erant in sinu fouebam, atq; amplexabar, ne limen domus commune egrederentur rogitabam. Hi ex aduerso me non habere rationem patris, neq; patrui sæpissime uel indignabũdi adstrepebant, immortalitatem simul & eternitatem, quam tot tantisq; uigiliis scriptis, ipse comparasset, nisi exissent, irritam, & cassam inter posteros futuram. Præterea in eum, qui me multis beneficiis demeritus esset, quasi ingrati animi me coarguebant, & quem mortalium tandem hæ præcipuæ rationes non euicissent? nimirum his & aliis, quorum eram conscius, & pudore ingenti confusus eorum monitis acquiescendum putaui. Has igitur tam acris Iudicii interpretationes, quo uobis offeruntur, læto animo suscipite, & quia plurimum refert cũ candore, ne, an cum liuore

quicquam legatur, peruersi ingenii iudices, & usquequaque asperos exactores exhorrescimus, nam ut quæque optima sunt, ita illi pessima utique iudicare solent, quandoquidem ad extremam usque anxietatem, & ineptas cauillationes, ut in alienis libris ingeniosi esse uideantur, descendere non uerentur, faciuntque id Comici uerissimum esse, ut ne intelligendo nihil intelligant, nec aduertunt quæ legentibus scripta aliorum Aristoteles summus in omni scientia uir & philosophorum facile princeps persuaserit. Habendas etiam hiis esse gratias, qui cum uera tradere conati sunt, decepti aliquando falsa perscripserunt, quoniam cæteris postmodum indagandæ ueritatis aditum amplissimũ patefecerunt quare probissimi lectores, quibus mentis bonitas ab initio uitæ ingenita est, patrui mei commentationes uobis merito dedicamus, eas posse edi tuto ita demum confidimus, si fauore uestro subnixe in manibus hominum peruenerint, et quia haud quaquam ambigo, quin ita futurum sit, ut spero & uobis & opto, his quoque ipsius explanationes nõ indoctas in Catonem maiorem, & in Lælium eiusdem Ciceronis propediem adiiciam, uerum ut magis atque magis uos obstringam, & studiosissimos eius operum promerear, exhibebo item castigationes Commentariorum, quos super Ciceronem in officia, & in silyum italicum poetam non incelebrem, longe antequam fato functus esset, ediderat, qui cum se aliqua omisisse, aliqua peccasse animaduerteret, his non minus emendationem quam corolarium substituit, bonos authores secutus tam græcos quam latinos, qui ut se non intellexerunt scribendo aliquid, & uoto suo, & plerisque legentium satisfecisse, retractatis atque recognitis, quæ litteris mandassent, unam & alteram & sæpissime tertiam editionem emittere nequaquam erubuerunt, errata enim detegendo, atque corrigendo maiorem famam quam si tacuissent, aut pertinaciter ea ipsa defendere uoluissent, magna cum laude adepti sunt. Iccirco ab hoc instituto tam sanctissimo atque modestissimo recedendum patruus meus minime existimauit, ratus id quod erat ex confessis erroribus se non parum utilitatis litterariæ rei publicæ allaturum, & infamiam, si quam subiisset, in totum abolliturum. Quinetiam hoc unum præcipue omnium a uobis quanto maximo possum studio efflagito, ne mihi detis uitio, si patruum meum tantopere laudaui, merebatur enim alium, qui multo plura de se, & copiosius, & ornatius differeret, & quominus id præstarem, iura ne sanguinis impedimento esse poterant? nempe quasi per retroacta sæcula non perspectum, testatumque sit in historiis permultos legi posse, in quibus parentes filios, filii parentes, uiri uxores, nepotes patruos, & auunculos, orationibus luculentis, & operibus aliquando seorsum dicatis mirificis laudibus in cælum extulerint, quod Romanorum in primis ueterum instituta declarant, cum sibi nihil honorificentius esse ducerent, quam ut haberent affines, & cognatos, & arctissima sanguinis necessitudine coniunctos, quos partim dicendo, partim scribendo uberrime laudare possent. Ergo si quid per me aut licentius, aut minus prudenter, aut nimio plus quam oportebat, de patruo meo uobis dictum fuisse uidebitur, pro uestra ingenii humanitate atque facilitate æqui bonique consulatis petitum impetratumque uolumus, quod uos, aut dubie facturum credimus. Valete.



PETRI MARSI RECOGNITIO ET ENARRATIO PRIMI LIBRI CICERONIS DE FINIBVS BONORVM: ATQVE MALORVM. NVPER IN LVCEM EMISSA.

M. T. C. DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM AD BRVTVM LIBER PRIMVS.



NON ERAM NESCIus Brute, Quũquæ ſummis ingeniis exqſitaq; doctrina Philoſophi græco ſermõe tractauiſſent, ea latinis literis mãdaremus, fore ut hic noſter labor in uarias repre henſiões incurreret. Nã q bufdã, et iis qdem nõ admodum indoctis, hoc totũ diſplicet philoſophari. Quidã autem nõ id tantũ rephendent, ſi remiſſius agatur, ſed tantũ ſtudium, tamq; multam opam in eo ponendam nõ arbitranť. Erũt etiam & hi qdem erudiri græcis lřis cõtemnentes latinas, qui ſe dicant in græcis legendis opam malle cõſumere, Poſtremo aliquos futuros ſuſpicor, q me ad alias lřas uocent, genus hoc ſcribẽdi etſi eſt elegans, pſonæ tamen & dignitatis eſſe negent. Contra quos omnes dicendũ breuiter exiſtimo, quãquam philoſophiæ qdem uituperatoribus ſatis rńſum eſt eo libro, quo a nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt, cum eſſet accuſata, & uitupata ab Hortenſio, Qui liber cũ & tibi pbatus uidereť, & his quos ego poſſe iudicare arbitrarer, plura ſuſcepi, ueritus, ne mouere hominum ſtudia uiderer,



NON ERAM NESCIVS BRVTE. Varias nonnullorum qui critici merito appellanť reprehenſiones præfatione hac ad. M. Brutum ueteris academiæ alumnũ refellens Cicero uiros romani nominis: & eloquii ſtudioſos emeretur: & phiam græcoꝝ cura inuentam: induſtriaq; conſumatam latinis mandare lřis perſonæ ſuæ: ac dignitatis eſſe oſtendit: cum res honeſtiſſima ſit: & decoris moribus conducat in primis. nihil. n. æque inueſtigandum eſt: & conſtituendũ: ut bonoꝝ & maloꝝ cognitio: ac finis. ut quiſq; id pſpiciat ad quod eſt natus: & duce natura uehitur: & eo ueluti ad ppoſitum ſignum actiones dirigat ſuas quæ ſine ppoſito uagantur: & errant. Attẽtionẽ denique captãs & formula illius artis: qua plurimũ cenſebatur: modũ ac ſeriẽ futuræ diſputationis ppoinit. & aſſeuerat: nihil eſſe in tota phia utilius hac pſcrutatiõe: nihil honeſti⁹: quæ duo generoſos animos ad agendum: recteq; ſentiẽdum faciles ad ſe reuocant & alliciũt. SVmmis: eminẽtiſſimis: & pſpicaciſſimis. EXqſita: exacta: pfecta: conſumata: elegãti: exculta. PHIloſophi: ut platõici: Ariſtotelici: ſtoici: & pythagorei. TRActauiſſent celebraſſent: diſputaſſẽt: excoluiſſent TOtũ hoc philoſophari: omnis opa quæ phiæ percipiendæ impenditur. hoc autẽ hi dicebant q publicam diſciplinã & maioꝝ inſtituta ſufficere iuuenũ eruditioni opinabanť: uitupabãtq; phiam & accuſabant ueluti ad deſidiam atq; ignauiam ducem: & ſic carpẽtes uirtutũ oium matrem quaſi quodã ſe parricidio ingnabant. Veriſſime inqt Gellius opinatus eſt Affranius de gignẽda comparandaq; ſapiẽtia q eam filiam eſſe uſus & memoriæ dixit. eo nãq; argumento demõſtrat q ſapiens eſſe reꝝ humanaꝝ uelit non libris ſolis: neq; diſciplinis rhetoricis dialecticiſq; opus eſſe: ſed oportere eũ uerſari quoq; & exerceri in rebus cominus noſcendis piclitandiſq;: & omnia acta & euẽta firmiter meminiſſe: & pinde ſape: ac conſulere ex his quæ picula ipſa reꝝ docuerunt: non quæ libri tm̃: aut magiſtri p quaſdaꝫ inanitates uerboꝝ: & imaginum tanq mimo: aut inſomnio delectauerũt. Irẽ uerſus eſt in eandẽ ferme ſniam pacuuii: quem Macedo phs uir bonus familiaris meus ſcribi debere cenſebat p foribus omniũ tẽploꝝ. Odi hoies ignaua opera: & philoſopha ſentẽtia: nihil enim fieri poſſe indignius: neq; intolerantius dicebat q q homines ignaui ac deſides opti barba & pallio mores & emolumenta phiæ in linguæ uerboꝝq; artes conuerterent. & uitia facũdiſſime accuſarent intercutibus ipſi uitiis madẽtes. REmiſſius laxius: parcius: moderatius. i. citra magnũ ſtudium: & cõtentam opam: ut delibatio qdam phiæ ſit: & non ingurgitatio. Gellius agens de phiorum argutiis: & uanis definitionibus uocis dicit. Hos alioſq; tales argutæ delectabiliſq; deſidiæ aculeos cũ audiremus: uel lectitaremus. neq; in his ſcrupulus aut emolumentũ aliquod ſolidũ ad rõnem uitæ ptinens: aut finem ullum querẽdi uideremus: ennianũ neoptolemũ pbabamus q pfecto ita ait: philoſophandũ eſt paucis: nam omnino haud placet. STVdium tam magnã curam. OPEram laborẽ: & diligentiã. ERVditi exculti: & periti. CONſumere cõterere & collocare. atq; impẽdere. SVſpicor: opinor. AD alias lřas: rhetoricas cõmentationes: & annales: atq; hiſtorias latino lepore: ac maieſtate celebrãdas: hoc ſiqdem in primis a Cicerone expectabať: uñ in legibus ita cum hortať Pomponius atticus: poſtulatur a te iam diu: uel flagitať potius hiſtoria: ſic. n. putant te illam tractante effici poſſe: ut in hoc ẽt gñe græciæ nihil cedamus: atq; ut audias qd ego ipſe ſentiam: non ſolũ mihi uideris eoꝝ ſtudiis q lřis delectanť: ſed etiam pſiæ debere hoc munus: ut ea quæ ſalua p te eſt: p te eundẽ ſit ornata: potes aũt tu pfecto ſatiſfacere i ea: qppe cum ſit opus: ut tibi qdem uideri ſolet: unum hoc oratoriũ maxime. ELEgans: politum: excultum: acutũ: ingenioſum. PERſonæ qlitatis: conditionis: & ſortis. ET dignitatis: excellentiæ & ſenatoriæ conſulariſq; æſtimationis quã publicis mihi officiis cõparam: hæc aũt minuiť: ut rephenſores obiiciunt his ſcribẽdis: quæ magiſtroꝝ ſunt ocio: & umbratili uita gaudẽtium. PRObatus: approbatiõe ac laudatiõe dignus ideſt elegans: & uerus. SVſcepi aſſumpſi: & tractanda ppoſui ut romanos in phia latinis lřis celebrata retineã: primum ciceronis opus in tali gñe ſcriptionis æquabili & tempato fuit Hortenſius: deſideratur iniuria temporꝝ. Ꝑm Academici libri quatuor ad. M. Varronẽ. & hi euanuerunt pter primũ & dimidiatum. Tertium hoc de bonoꝝ & maloꝝ finib⁹. MOuere: excitare: hortari: & puocare quod in Hortẽſio feci. STVdia: uolũtates & curas ad phiã percipiendam & amandam ut ducem uitæ. REtinere: oblectare: atq; ad pſeuerandum confirmare tradendis præ

Cognitio bonoꝝ & maloꝝ oium primaria

Affranii opinio

Ciceronis intentio

ceptis ad bene beateq̧ uiuendum spectantibus. SI q̄q̄ moderatius:remissius:& parcius. TEMperātiā moderatio nem atq̧ mēsuram. IN eo ea re quæ illi est similis cuius impetus & cursus iam retineri non pōt quale est emissum ia culum:sagitta:& cætera id genus missilia.& uerba quæ reuocari nequeūt. COerceri restringi. REprimi contine ri. VT propemodū quasi. IVstiorib⁹ rōnabilioribus.& æquioribus. OMNIno in totū:& penitus. MOdū finē: terminum mediocritatē. FRVenda usu & exercitatiōe colenda cum fructu delectationis. MOdus ullus finis:ter minus. TVRpis ꝓbrosa & uitupabilis. PVLcherrimū honestissimū:& cognitu dignissimū. ET enim certe. AB ducat amoueat. STAtuat ponat. MOdū termi num. ALIEnæ industriæ studioso labori & ho nesto. TErētianus a terētio iductus in ea comœ dia quæ autontimorumenos iscribit.i.se ipsum puniens & crucians. NON inhumanus est scilicet idest comis:benignus qualē græci philantropon appellāt. VIcinū Menedemū se cruciantē. FER re suo corpore sustinere quod gerulo₄ est atq̧ ser uo₄. INdustria honesto labore:ac igenuo. ILLI berali sordido atq̧ seruili:labor illiberalis dr̄ ho mine libero.i.ingenuo:ac nobili indignus. CV riosi uidelicet sunt.i.inuidi:maligni:& ea curan tes quæ ad se non pertinent unde Plautus in sti co dixit. Nemo curiosus q non sit maliuolus. MI nime iniucūdus gratus & suauis. SAtisfacere op positum psuadere:ac ut ita dixerim cōtētos eos dimittere. GRAuissimis seuerissimis & philoso phicis. EXpressas trāslatas:& formatas de uerbo ad uerbum ut dicitur.tales enim scriptores inter pretum munere functi sunt:& uerbū uerbo red diderūt. ADuerbū idest nullo excepto uerbo:ac p hoc nulla facta mutatione:quod puri interpre tis officiū est:sic dicim⁹ad unū aliqd egisse quos dam:ul omnis:& manere ad unum omniū firma ꝯsensio. SYnephebos comœdiā quæ synephebi idest cōpubescentes inscribebat: de cecilio statio poeta comico dixi in explanatione libelli de sene ctute. MAle inepte:inconcinne. Licinius caluus orator de quo sic in Bruto: Atticū se caluus no ster dici Oratorem uolebat:inde erat ista exilitas quā ille de industria cōsequebatur. FERreū du rum:illepidum. EXscriptorē exēpla fideliter trās ferentem:uerba inqt Gellius ex annalium moni mentis exscripta:exscribere ꝓprie est exēpla trans ferre. VErum fidum:ut sit dignus legi. RVdem ignarum pēitus. INertissimæ ignauissimæ negli gentiæ. FAstidii delicatissimi nauseæ reiicientis. & aspnantis uulgaria quæq̧:ac sectātis ea quæ mollia tm̄ uidentur:& suauia. At utinā ne in ne more:sed legimus inqt non minus tragediā ennii medeam pene ad uerbum e græca euripidis exp̄s sam q̄ ipsam græco metro & numero currentem. quod multo magis in phīa esset agendum. VTI nam uerba sunt nutricis medeæ in principio tra gediæ: quā ennius interpretatus est dicens. Vti nam ne in nemore pelio cesæ ad terrā cecidissent abiegnæ trabes:nam nunq̄ hera errans hāc mole stiam nobis exhiberet medea animo egra:amore sæuo saucia. Apud euripidem dicit:utinā nō uo lasset argus carina ad Aeam colcho₄ p cyaneas symplecades:neq̧ in nemorib⁹ pelii cecidisset un quā cæsa picea:neq̧.n.hera mea medea nauiga set ad turres iolchicæ terræ. NIhilomin⁹ æq stu diose:ac diligēter. GRAEcum græce scriptū ab euripide in medea de bene studiose atq̧ honeste ut uirtutis norma definit. BEAteq̧ cumulatissime ac felicissime:in ultima schola tusculanarum qōnum propriam notionem ac uim horum uerboru₃ explicans dicit: quos dicam bonos pspicuum est:omnibus enim uirtutibus instructos & ornatos tum sapientes: tum uiros bonos dicimus. Videamus qui dicendi sint beati: equidem hos existimo qui sint in bo nis nullo adiuncto malo:nec ulla alia huic uerbo cum beatum dicimus subiecta notio est. EXplicari euolui:enar rari:clareq̧ descibi. INterpretum ad uerbum græca exprimētium ut nonnulli fecerūt. MVnere officio:& opa:refu git Cicero nomen interpretis:uultq̧ semp esse suus. Locos a græcis acceptos uariat & cōcinnat romana elegantia & lepore. TVEmur sustentamus academica libertate ut uerisimilia:& adhibita rōne probamus atq̧ defendimus. quod nō mediocrem sapit doctrinam:græca siqdem ad uerbum uertere in latinum doctis uiris nullus fere labor est. PRObamus probabilia dicere iudicamus:iudicium censuram;& trutinam:ordinem oratoriam distinctionē: decentemq̧

Ois curio sus mali uolus

Exscribe re qd sit

Beati q di cendi sint

retinere nō posse. Qui aūt si maxime hoc placeat,mo deratius tm̄ id uolunt fieri,difficilem quādam tempan tiam postulant in eo,quod semel iam missum coerceri reprimiq̧ nō pōt. Vt ꝓpemodum iustioribus utamur illis,q omnino auocent a philosophia,q̄ his,qui rebus infinitis modum constituant,in req̧ eo meliore, quo maior sit,mediocritatem desiderent. Siue.n.ad sapien tiam pueniri potest,nō parāda nobis solum ea,sed fru enda etiā sapientia est, Siue hoc difficile est,tm̄ nec mo dus est ullus inuestigādi ueri,nisi inueneris, & quæren di defatigatio turpis est,cum id quod q̄rit̄,sit pulcher rimum. Etenim si delectamur,cum scribimus,qs est tā inuidus,qui ab eo nos abducat? sin laboramus,qs est q alienæ modum statuat industriæ? Nā ut terētianus Cre mes, nō inhumanus,q nouū uicinum non uult fodere aut arare,aut aliqd ferre deniq̧(nō enim illum ab indu stria,sed ab illiberali labor̄ d'terret) sic isti curiosi,quos offendit nr̄ minime nobis iniucundus labor. His igit̄ est difficilius satisfacere,qui se latina scripta dicunt con temnere,in qbus hoc primum est, ī quo admirer,cur in grauissimis rebus nō delectet eos p̄rius sermo,cum iidem fabellas latinas ad uerbū de græcis expressas non inuiti legant, Quis.n.tam inimicus pene nomini roma no ē,qui Ennii Medeā,aut Antiopam Pacuuii spnat, aut reiiciat,qui se Euripidis fabulis delectari dicat,lati nas lr̄as oderit? Synephebos ego inqt poti⁹ Cecilii,aut Andriam Terētii,q̄ utrāq̧ Menādri legam? a qbus tan tum dissentio,ut cum Sophocles uel optime scripserit. Electram tamen male conuersam Atili mihi legendā putem,de quo Licini⁹ ferreum scriptorē,ueru₄ opinor exscriptorem tamē, ut legendus sit. Rudem.n.esse oī no in nr̄is poetis,aut inertissimæ segnitiæ est,aut fastidii delicatissimi. Mihi qdem nulli satis eruditi uident̄, q bus nr̄a ignota sunt. At utinā ne in nemore,nihilo mi nus legimus q̄ hoc idem græcū. Quæ aūt de bene bea teq̧ uiuēdo a Platone disputata sunt, hæc explicari nō placebit latine? Quod si nos nō interpretū fungimur munere,sed tuemur ea q̄ dicta sūt ab his, quos ꝓbamus eisq̧ nr̄m iudicium, & nr̄um scribendi ordinem adiū

gimus, qd hńt cur græca anteponant his, quæ & splen-
dide dicta sint, neq; sint cõuersa de græcis? Nam si dice
rent ab illis has res esse tractatas, ne ipsos qdem græcos
est, cur tam multos legant, q̃ legendi sunt, Quid.n. est
a Chrisippo prætermissum in Stoicis, legimus tñ Dio-
genem, Antipatr, Mnesarchũ, Panætiũ, multos alios
in primisq; familiaré nostrũ posidoniũ. Quid Theo-
phrast⁹? mediocriter ne delectat, cum tractat locos ab
Aristotele añ tractatos? Quid Epicurei? num desistũt
de iisdem, de qbus & ab Epicuro scriptũ est, & ab anti
qs ad arbitrium suũ scribere? Quod si græci legunt a
græcis, iisdem de rebus alia rõne compositis, qd est cur
nostri a nřis non legant, q̃q; si plane sic uerterem Plato
nem, aut Aristotelé, ut uerterunt nostri poetæ fabulas,
nõ male credo mererer de meis ciuib⁹, si ad eorũ cogni
tionem diuina illa ingenia transferrem. Sed id neq; feci
adhuc, nec mihi tamé ne faciá interdictũ puto. Locos
qdem quosdam si uidebit transferam, & maxime ab
his quos modo nominaui, cũ inciderit, ut id apte fieri
possit, ut ab homero Ennius, Affranius a Menãdro so-
let, Nec.n. ut noster Lucilius recusabo quo minus oés
mea legant. Vtinam esset ille Persius, Scipio uero &
Rutilius multo etiam magis, quorũ ille iudicium refor
midans Tarẽtinis ait, se & cõsentinis, & Siculis scribe-
re, Facete is qdem sicut alias, sed nec tã docti tunc erãt
ad quorũ iudiciũ elaboraret, & sunt illius scripta leuio-
ra, ut urbanitas summa appareat, doctrina mediocris.
Ego autem quem timeam lectorem, cum ad te ne græ
cis quidé cedentem in philosophia audeã scribere? q̃q;
a te ipso id qdem facio puocatus gratissimo mihi libro.
quem ad me de uirtute misisti. Sed ex eo credo qbusdá
uenire usu, ut abhorreant a latinis, q̃ inciderint in incul
ta quædã, & horrida de malis græcis, latine scripta dete
rius. Quibus ego assentior, dũmodo de eisdé reb⁹ ne
græcos qdem legendos putent. Res uero bonas uerbis
electis grauiter, ornateq; dictatas qs non legat? nisi qui
se plane græcũ dici uelit. Vt a Sceuola est ptor salutatus
Athenis Albutius, qué qdem lociũ cũ multa uenustate
& oí sale idé risit Lucilius, apud quem pclare scæuola.
Græcum te Albuti, q̃ romanum atq; sabinum,
Municipem Ponti Tritanni, centurionum
Præclarorum hominum, ac primorum, signiferum q̃
Maluisti dici, græce ergo prætor Athenis.
Quod tu id maluisti, te cum ad me accedis saluto
Chære inq̃ Tite, lictores, turma omnis, chorusq;
Chære Tite, hinc hostis Mutii Albuti⁹, hinc inimicus
Sed iure Muti⁹. Ego aũt mirari nõ queo, uñ hoc sit in-
solens domesticarũ rerũ fastidiũ, nõ est oĩno hic docen-
di locus, sed ita sentio, & sæpe disserui latinã linguã nõ
mõ non inopem (ut uulgo putarent) sed locupletioré
etiam esse q̃ græcam. Quando.n. uel nobis dicã, aut ora
toribus bonis, aut poetis, postea quidem q̃ fuit qué imi
tarent, ullus orñis uel copiosæ, uel elegantis ornatus
defuit? Ego uero cum forensibus operis, laboribus,

decentemq; ornatum. SPLENDIde: eleganter: concinne: ornate. CONuersa: translata: expres-
sa. AB illis: græcis. TRACtatas: disputatas: enucleatas. IN stoicis: stoicorum decretis atq; sen
tentiis. FAmiliarem: amicum. LOcos: sententi-
as. AD arbitrium: uoluntatem: atq; iudicium. ALIA ratione: uia: modo: ordine. NOSTRI: latini. PLANE: omnino: & aduerbum: non sum interpres inquit: attamen si essem: non paruam laudem consequerer. NON male mererer: nõ par
uo beneficio meos ciues honestarem. DIuina: su-
blimia: & acutissima. APTE: decore. NOSter: italus: fuit enim ex aurunca oppido lati. ILLE: multi nominis & famæ. C. persius habit⁹ est sua etate doctissimus: de quo sic scribit i bruto. Alii a. C. persio litterato homine scriptam esse aiebãt illo: quem significat: ualde doctum fuisse: lucili-
us scipio æmilianus: & Rutilius auditores pane-
tii fuerunt. Consentinis: calabris: ac per hoc tũc
incolis et a consentia urbe nomen adhuc seruan-
te. FACete: urbane: iocose: ut consueuit: ideo di
cit horatius: Lucilium multo sale urbem defricu-
isse. ELAboraret: accurate scriberet uentus cen-
suram. De uirtute: qualitate: genere: ui: & natu-
ra uirtutis. VSV uenire: accidere: cõtingere. AB horreant: alieni fiant: & auersentur. INculta: im-
polita: rudia: inepta. HORrida: aspera: illepida: squalida: qualia consueuerunt epicuræi effuti-
re: citra ornatum: ordinem: & salem. MAlis: in-
doctis: & incultis epicuri sectatoribus. DE eis-
dem rebus: hallucinationibus in philosophia: in qua plumbeus fuit epicurus: atq; delyrus decre-
ta inquit epicurea: & monimenta nec græce: nec latine legenda sunt. BOnas: honestas; utiles: gra
ues. ELEctis: elegantibus: & propriis. GRA-
uiter: sententiose. ORnate: polite: ac latine. DI-
ctatas: compositas: conscriptas. PLAne: omni-
no. T. albutius inquit idem in bruto pene græ-
cus: fuit autem athenis adolescens: perfectus epi
curæus euaserat: minime aptum ad dicendum ge
nus. MVnicipem: ciuem: eiusdemq; municipii: ac per hoc conterraneum & pontium: ut fuit tritã-
nus gladiator maximarum uirium: autore pli-
nio: & samnitum armatura celebris: a ponto re-
gione põti dicti: & pontici ut scribit stephanus. CENturionum: more prisco enuntiauit olim si-
quidem cẽturionus dicebatur: ut curionus & de-
curionus autore pompeio: est autem cẽturio: qui centum præest stipendiariis. SIgniferum: uexil-
MOlestiæ appetitus. AMOtio ablatio. MEdium quidam aliquid situm inter uoluptatem & dolorem:dicebant enim recte philosophantes tria esse in rerum natura. In uoluptate esse. in dolore esse: & medium quoddam quod nec in uoluptate esset nec in dolore. AFfectus dispositus. TERminari finiri. VAriari euariis reb⁹ percipi:atq3 cōstitui talis affectio & indolentia. Distingui diuidi:idest e diuersis haberi: nō crescit in carne uoluptas dicebat epicurus authore Laertio cum semel quod per indigētiam dolebat ablatum est. sed uariatur. FAcete salse. Vrbane iocose. ARridente cum risu notante acumina stoicorum:& captiosas Chrysippi acutissimi stoici quæstiones:quas Laertius literis mandauit:huiusq3 statuæ meminit. Chrysippus inquit solēsis fuit:siue tarsensis ut alexander in successiōibus dicit discipulus asti cleāthis.& in dialecticis adeo insignis:tātæq3 apud oēs gloriæ ut pleri ꝗ dicerent:si apud deos usus eēt dialectices non futurā aliā ꝗ chrisippeā. erat autē imbecillo tenuiq3 corpusculo ut ex eius imagine q̄ in ceramæco est uidere licet:q̄ ferme ꝓximo eqte occulitur:porro hic ipse phs qbusdā in hunc modū interrogatiūculis uti solebat. Q dico queris p os tuū transit:currū aūt loqueris:currus ergo p os tuum trāsit. Item siqd nō amisisti hoc habes.cornua uero nō amisisti:hēs ergo cornua. hæc Laerti⁹. Ceramæcus locus erat apud athenicos duplex authore Suida:un⁹ extra urbē ubi sepeliebant̄ p pr̄ia mortui & laudabant̄:in hoc ceramæco erat statua chrysippi honoris gr̄a. Alius erat itra urbē ꝓstitutaꝝ fornicibus infamis. ARridente hoc uerbo in hac significatiōe usus est piso i annalib⁹ authore Gellio dicēs. Flauius id arrisit. PORrecta extēta. ROgatiūcula minuta interrogatiōe. SIC affecta.i.disposita:& nullū sentiēs dolorem. DEsiderat appetitū aliquē habet. bonumq3 optat idest uoluptatem:ad quā desiderium omne referebant epicurei. SI esset bonū bona res et optabilis. DEsideraret appeteret ipsam nec satis esset indolētia:sed uoluptariā titillationem uellet ut bono & qdem summo ut uos dicitis frueret̄: bonū qppe dr̄ quod oīa appetunt:uoluptas non desiderat̄ a manu : ergo uoluptas nō est bonum. HOC qd̓ uoluptas non sit bonū:& si esset bonū qd desideraret manus. CONtra cyrenaicos qui nullā uoluptatem nouerant ꝓter illam quæ est i motu:& ꝓfusiōe sensuum. Titillaret motu & affluxu molliū sensibiliū oblectaret. AFflueret accederet. VAcuitate doloris indolentia. IVcundo motu suaui ꝓfusione: atq3 appulsu sensilis delectatiōis. CVM ita esset affecta sic disposita ut nullū sentiat dolorem. NON recte praue & inscite. CAret uacat. EXtremū:summū:& maximū bonū. CONstituam⁹ collocemus:& fingamus. IMpediēte.i.p̄nte & molestante. IMpendente iminente:& futuro. STAtu cōditiōe:qualitate sorte. FIRmitatē robur:audentiā:& celsitudinem quādam omnis casus inferiores se putātem. CAreat sensu:perceptione aliqua:opinatus est siqdem oscitās epicurus nullum post mortem remanere sensum:& … composito corpore atq3 anima interire:quod … uanissimū. In longitudine longo temporis spatio: … dicebat epicurus dolor si longus leuis. Si magnus breuis:sed hoc Cicero confutabit. GRAuitate molestia magnitudine:atq3 impetu. CElerias breuitas quoniā statim perimit.& liberat morte dolentem. Horatius dixit. Quid eīm concurrit̄ horæ momento cita mors uēit aut uictoria læta. ALleuatio :mitigatio:& relaxatio. CONsoletur mitiget:leniat: medeatur. ACcedit additur ut non timeat deū humana non curantem ex delirantis epicuri opinione. Vnde dixit Lucretius. Nec bene promeritis capit̄:nec tāgit̄ ira:de his abunde dictum est in primo de natura deoꝝ. HORreat: timeat diuinā potentiam EFfluere euanescere:sed crebra meditatione illas recolat:& sic gaudeat. ACcedere:aduenire:addi:adiūgi. STAtue:pone ad oppositū. COnfectū:q̄si uulneratū & pene cōsumptū. LEuius:mitius:& tolerabilius. ALiqn̄:tandē

Chrysippus unde fuerit.

Arridere quid sit.

Epicuri opinio.

FINgi mente concipi. CONſentaneum conueniens citra repugnantiam. CONſiſtat immoretur:& inhæreat tanꝗ
in ultimo rerum expetendarum pterquã in uoluptate ad quã omnia ſtudia referunẽ & officia. Metus opiniones fu
turi mali:atq; timores. EGRItudines mœrores ex malo pſenti. angores:anxietates. REferunẽ tendũt ad illum
& eius naturam habẽt. RES ulla aliqua alia pter dolorem. qui aſper morus in ſenſu definiẽ. SVa natura naturali
qualitate. atq; proprietate SOLlicitare cõquaſſare moleſtare. FRANgere cõminuere:debilitare:pſternere: uince
re. INItia principia:et cauſæ omnia inqr agimus ppter uoluptatem:& fugimus aliqua ppter dolorem:quapropter
finis dr̃ etiam principiũ. quoniam eſt cauſa:& ini
tium ipſarum actionũ ad aliquod ppoſitum ten
dentium. Ariſtoteles primo moralium dicit: feli
citas ex his eſt quæ honorabilia ſũt atq; pfecta.
qa pncipium eſt:cætera.n.gratia ipſius agimus
omnes:principium uero cauſamq; bonoꝝ hono
rabile qddam:& diuinum dicimus eſſe:hæc ille.
finis reꝝ agendaꝝ habet rationem:& uim princi
pii. finis qppe mouet agentem:& ob id cauſa cã
rum appellaẽ & ueluti ſignum pponiẽ. quod ſco
Scopon qd ſit. pon appellant græci:& Epicurus dixit authore
Laertio quocirca uoluptatẽ finem dicimus ac pn
cipium beatæ uitæ. EO referri ad id tẽdere. TE
los. finem. unde bona telica dicunẽ ad ultimum
finem ptinentia. FErunẽ:tendunt. IVcunde ſua
uiter:& cũ uoluptate. IN una ſola ut ſtoici. SPlẽ
dore pulchritudine:ac glia. NOminis uirtutis:&
hõeſtatis. CApti delectati:et allecti. ERrore fal
ſa opiniõe. EXimię egregię loquiẽ ex ſtomacho.
& ironice ineptus epicuræus. PVLchræ formo
ſæ:atq; honeſtæ. EFficerent pararẽt. LAVdabi
les:utiles. nam laudabile id dr̃ quod bonas ha
bet dotes:& qualitates. EXpetendas optãdas.
Bonũ qd & bonum in ſe cõtinentes. bonum ſiquidem eſt
quod omnia appetunt:& malũ quod omia fugi
unt. VT enim probat a ſimilib⁹:de qbus idem
eſt indicium. CAVſa ipſius artis ppter ipſam ar
tem:& habitum talem:ſed pp effectum ei⁹. GV
bernatoris rectoris nauiũ. RAtionẽ artem peri
tiam:prudentiã. VTilitate cõmodo. SApietia
prudentia:& ars atq; ſcia uitæ degendæ. ARti
fex effectrix:& opatrix. CONqrendæ inueſtigã
dæ cõparandæ acqrendæ: et miniſtrãdæ. QVã
dicã uoluptatem. ſ. animi:& uacuitatem doloris
quæ indolentia dr̃. INuidia odio ipſius uolupta
tis quæ tota referẽ ad corpus: & a cyrenaicis bo
num uel maximum decerniẽ. LAbefactetur ma
culeẽ:deigretur corrumpaẽ deſtruatur. VExetur
moleſtetur:& diſtrahatur. ERrorem ignorantiã
ueri bõi:maliq;. GRAuiſſimis maximis:& mo
leſtiſſimis. TORqueanẽ crucientur. TERrori
bus timoribus mali impendẽtis. CVpiditatib⁹
deſideriis reꝝ quas pleriq; bonas opinanẽ: & ſic
probat torquatus ut promiſerat curſum omniũ
uirtutum eẽ ad uoluptatem ueluti ad ultimũ fi
Prudẽtia quid. nem naturæ ppoſitũ. prudentia uirtus eſt quæ
bonorum & malorum delectum habet. DEtra
ctis amotis:auulſis. DIrempta diuiſa:ſeparata.
repulſa remota. TEmeritate imprudentia ſi re
cte inquit rerum naturam perſcrutamur atq; di
ſpicimus non timebimus fruſtra quippiam & ſic
maxima uoluptate fruemur. CErtiſſimã ueriſ
ſimam & in nullo aberrãtem. MOEſtitiã mœro
rem ex opinione mali præſentis conceptum. EX
horreſcere contremiſcere conturbari conſternari
MEtu timore mali impendẽtis. PRAEceptrice
docente inſtituẽte. TRANquillitate ſedatiõe.
ARdore:inflammatione ſedata:& oppreſſa. Si magnæ ſint uehementeſq; cupiditates inqt Ariſtoteles rationem
quoq; extrudunt atq; eiiciunt:ꝗobrem mediocres ſint ipſæ:& rationi nõ aduerſenẽ oportet. INſatiabiles:iſinitæ
quoad propriam naturam:ſed redigendæ ſunt ad modum atq; decorum: quod munus prudentiæ eſt:quatenus
progrediendum ſit præſcribentis. LAbefactant:deſtruunt. Odia inimicitiæ. DISſidia ſeparatiões:& alienatio
nes animoꝝ. DIſcordiæ: mutuæ altercationes & contentiones:prauos eſſe cõcordes impoſſibile eſt inqt Ariſtote
les. SEditiões:ciuiles diſſentiones. BELla:hoſtilitates:& maximæ clades. IActant:effundũt. CAeco iprouido
& temerario

te. Quid eo miſeri⁹ dici, aut fingi poteſt? ꝙ ſi uita dolo
ribus referta, maxime fugienda eſt, ſummum profecto
malum eſt uiuere cũ dolore. Cui ſententiæ cõſentaneũ
eſt ultimum eẽ bonorum cum uoluptate uiuere. Nec
enim habet nr̃a mens quicꝗ, ubi cõſiſtat tanꝗ in extre
mo. Oẽſq; et met⁹ & ægritudines ad dolorẽ referunẽ.
Nec præterea eſt res ulla, quæ ſua natura, aut ſollicitare
poſſit, aut frãgere, præterea & appetendi, & refugiẽdi,
& omnino reꝝ gerendaꝝ initia proficiſcunẽ aut a uo
luptate, aut a dolore, quod cum ita ſit, pſpicuũ eſt, oẽs
rectas res, atq; laudabiles eo referri, ut cũ uoluptate ui
uatur. Quoniã autẽ id eſt uel ſummum bonoꝝ, uel ulti
mum, uel extremum, quod græci Telos nominant, ꝙ
ipm nullam ad aliam rem, ad id autẽ res ferunẽ omnes
fatẽdum eſt, ſummum eſſe bonum iucũde uiuere. Id
qui in una uirtute ponunt, & ſplẽdore nominis capti,
quid natura poſtulet nõ intelligunt, errore maximo, ſi
Epicuꝝ audire uoluerint, liberanẽ. Iſtæ.n. ueſtræ exi
miæ pulchræq; uirtutes, niſi uoluptates efficerent, quis
eas autẽ laudabiles, aut expetendas arbitrareẽ. Vt.n. me
dicoꝝ ſciam non ipſius artis, ſed bonæ ualitudinis cau
ſa probamus, & gubernatoris ars, qa bene nauigãdi ra
tionem hẽt, utilitate, nõ arte laudaẽ, Sic ſapientia, quæ
ars uiuendi putanda eſt, nõ expetereẽ, ſi nihil efficereẽ.
nunc expetiẽ, ꝙ eſt tanꝗ artifex conquirendæ & cõpa
rãdæ uoluptatis. Quam autẽ dicam uoluptatem, iam
uideris, ne iuidia uerbi labefacteẽ orõ mea. Nã cũ igno
ratiõe reꝝ bonaꝝ maxime hoĩum uita uexeẽ, ob eũq;
errorem, & uoluptatibus maximis ſæpe priuentur, &
grauiſſimis animi doloribus torqueantur, ſapientia eſt
adhibẽda, quæ & terroribus cupiditatibuſq; detractis,
& omnium fallaꝝ opinionum temeritate dirẽpta, cer
tiſſimã ſe nobis ducem præbeat ad uoluptatem, Sapien
tia.n. eſt una, quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ nos
exhorreſcere metu nõ ſinat, qua præceptrice in tranqᷝl
litate uiui põt, omnium cupiditatũ ardore reſtincto.
Cupiditates.n. ſunt inſatiabiles, quæ non mõ ſingulos
homines, ſed uniuerſas familias euertũt, totam ẽt labe
factant rempublicã. Ex cupiditatibus odia, diſſidia, di
ſcordiæ, ſeditiones, bella naſcunẽ. Nec hæ ſe ſe foris ſo
lum iactant, nec tñ in alios cæco impetu incurrũt, ſed
intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident, atq; di

& temerario. AMArissimam:asperrimam:& iniucundissimam. SOlum:tantum is:qui humanarum rerum habet
sapientiam:& cupiendi modum. AMputata:undique purgata. INAnitate omni:infructuosa superfluitate:mane
dicitur uanum:& nullius bonæ frugis:tales cupiditates:nec naturales sunt:nec necessariæ. ERrore:falsa opiniõe
de rebus naturæ necessariis. NAturæ finibus:terminis quibus naturales & necessariæ includũtur:panem & aquã
inquit seneca desiderat natura:nemo adhec pauper est:intra quæ quisquis desiderium suum claudit:cum ipso io-
ue de felicitate cõtendat:ut ait epicurus. Egritudine:merore presentium rerum. MEtu:timore futurarum:BEne:

scordant. Ex quo uitam amarissimam necesse est effici,
ut sapiens solum amputata, circuncisaq; inanitate om-
ni, & errore, naturæ finibus contentus, sine ægritudine
possit, & sine metu uiuere. Quæ ẽ enim aut utilior, aut
ad bene uiuendũ aptior partitio, q̃ illa, qua est usus epi-
curus? Qui unum genus posuit earum cupiditatũ, quæ
essent & naturales, & necessariæ. Alterũ, quæ naturales
essent, nec tamẽ necessariæ. Tertiũ, quæ nec naturales,
nec necessariæ, quarũ ea ratio est, ut necessariæ, nec opa
multa nec ipẽsa expleant̃. Nr naturales quidrm multa
desiderant, propterea q̃ ipsa natura diuitias, quibus cõ-
tenta sit, & parabiles, & terminatas habet. Inanium au
tem cupiditatũ nec modus ullus, nrc finis inueniri po-
test. Quod si uitam omnem perturbari uidemus erro-
re, & inscitia, sapientiamq; esse solam, quæ nos a libidi-
num impetu, & formidinũ terrore uindicet, & ipsius
fortunæ modice ferre doceat iniurias, & omnes uias, q̃
ad quietem, & tranquillitatem ferant. Quid est cur du-
bitemus dicere, & sapientiam propter uoluptatem ex-
petendam, & insipientiam propter molestias esse fugi-
endam. Eademq; ratione, ne temperantiam quidem p
pter se expetendam esse dicemus, sed quia pacẽ animis
afferat, & eos quasi concordia quadam placet, ac leni-
at. Temperantia est enim quæ in rebus aut expetendis,
aut fugiendis, ut rationẽ sequamur, monet. Nec enim
satis est iudicare, quid faciendũ, nõ faciendũ ue sit, sed
stare etiã oportet in eo, quod sit iudicatũ. Pleriq; autẽ,
q̃ tenere atq; seruare id, qđ statuerũt, nõ possunt, uicti,
& debilitati obiecta specie uoluptatis, tradũt se libidini
bus cõstringendos, nec quid prouenturũ sit, prouidẽt,
ob eamq; causam propter uoluptatẽ & paruã, & nõ ne
cessariã, & quæ uel aliter pararetur, & qua etiam carere
possent, sine dolore, tum in morbos graues, tũ in dãna,

honeste:ac laudabiliter. VNum genus:uitiosam
esse hanc diuisionem:philosophoq; indignam:ci
cero dicet:nam pars pro genere ponitur:elegans
partitio hec erat:duo genera cupiditatũ:unum
naturalium:alterum inanium:naturales item du
plices:necessariæ:& non necessariæ:inanes uero
nec naturales:nec necessariæ:nullumq; modum
habentes:& finem. NEC necessariæ:ut sunt cupi
ditates illorum:qui delicatissimos & præciosissi
mos quærunt cibos:& mulieres ad coitum specio
sissimas:& nobilissimas:cum parabilis cibus sit:
quem natura desiderat:& ipsa uenus:horatius
agens de his cupiditatibus dicit:Nonne cupidini
bus statuat natura modum quem:quid latura si
bi:quid sit dolitura negatum:querere plus pro-
dest:& inane abscindere soldo:idem de uenereo
æstu:at quanto meliora monet pugnãtiaq; istus:
diues opis natura suæ:tu si modo recte:dispensa
re uelis:ac non fugienda petendis:immiscere tuo
uitio rerum ne labores. Nil referre putas:quare ne
peniteat te:desine matronas sectarier:unde labo
ris:plus haurire mali est:q̃ ex re decerpere fructus
candida dicit idem flaccus describens mulierem:
quam optat ad coitum:rectaq; sit munda hacte
nus:ut neq; lõga. Nec magis alba uelit:q̃ dat na
tura uideri:hæc ubi supposuit dextro corpus mi
hi læuum:ilia & egeria est:do nomen quod libet
illi:idem de cibo ait:uix tamẽ eripiã posito pauo
ne uelis quin:hoc potius q̃ gallina tergere palatũ:
corruptus uanis rerum:quia uæneat auro:rara
auis:& picta pandat spectacula cauda:tanq̃ ad
rem attineat quicq̃:num uesceris ista:quam lau-
das pluma cocto num adest honor idem:ieiunus
raro stomachus uulgaria temnit. EA ratio:uia:
modus:forma:natura:causa:proprietas rationi
consentanea. OPEra:labore:quoniam facile pa
ratur:quod natura desiderat. IMPẽsa:sumptu:
EXpleantur:satientur. PArabiles:faciles com-
paratu. TERminatas:finitas:& modicas:quæ
solidæ dicuntur contrariæ inanibus & uanis.
INAnium:infructuosarum:quæ nec naturales
sunt:nec necessariæ. MODus:mediocritas:quæ
laudari possit:aut mẽsura. FInis:terminus:cum
sint infinitæ:ac per hoc uitiosæ. OMNem uitã:
statum:sortemq; uiuendi ac modum. PERTur
bari:confundi:& sollicitari. ERrore:falsa opinio
ne:ac ignorantia rerum. SApientiam:ueram cognitionem:ac delectum timendorum:& non timendorum. IMpe
tu:uehementia cupiditatum:& æstu quoad sperata bona. FOrmidinum terrore:pauore malorum impendentiũ:
quæ in primis formidantur ab his:qui uim:& naturam ignorant rerum. VINdicet:liberet:asserat. FOrtunæ:for-
tuiti euentus:& temerarii. MOdice:moderate:æquanimiter. INIVrias:nocumenta:molestias. VIas:rationes:&
modos:QVIetem:pacatum:& imperturbatum uitæ statum:idest uoluptatem. PROpter uoluptatem:delectabi
lem uitæ rationem. EAdem ratione:pari modo. PAcem:sedationem quandam affectuum:qua propter græci so-
phrosinen appellant temperantiam:quasi conseruatricem quandam mentis:atq; iudicii. QVAsi concordia:con-
sensu:& cõcentu rationis & appetitus:hic siquidem obtemperat:& illa præsidet:atq; imperat lege naturæ. PLA
cet:sedet. LENiat:molliat:mitiget. RAtionem:rationis præscriptum:idest modum & ordinem:ut ornatus uitæ
teneatur:& decorum:quod in primis relucet in hac uirtute. IVdicare:quod prudentiæ munus est. STAre:imma-
nere firmiter:& constanter. TEnere:tueri:& agere. SERuare:custodire:atq; amplecti. STATuerunt:iudicaue-
runt. VICTI:superati. DEBIlitati:fracti:emolliti:corrupti:& quasi ex arce ueritatis:& honestatis deturbati:&
deiecti e gradibus:ut uetus adagium est. OBIECTA:posita ante oculos. SPECIE:forma:siue figura rei uolu-
ptariæ. CONSTRINGENDOS:ligandos:& mancipandos:& sic cupiditatibus seruiunt:qua seruitute nulla
est turpior:cum uoluntaria sit:& fortunæ adscribi non possit:sed animo molli:atq; fracto. NON NECESSARI
AM:quoniam natura pro suo statu eam non requirit. ALITER:alio modo:& uia posset inueniri. SINE dolore:
molestia:quippe cum natura non doleat talis uoluptatis priuatione. GRAues:perniciosos. DAMna:rerum iactu

Cupiditatũ genera duo.

Sophrosine qd sit.

ras:& detrimenta fortunarum. DEdecora:ignominiam:& infamiam:unde dixit horatius:ne nummi pereant:aut
pyga:aut denique fama : sperne inquit uoluptates:nocet empta dolore uoluptas. ITA:sic:& tali ratione:modo⸗
q3. SVVM iudicium:ueram opinionem de expetendis & fugiendis. VICTI:superati:& fracti. SENtiunt : iudi⸗
cant:cognoscunt. PREtermittenda uoluptate:pretermittendo:& reiiciendo uoluptatem illam:quam sequitur do
lor:& dedecus. PERpetiuntur : constanter:& obnixe tolerant:ut maiorem caueant. CONsequatur:acquirat : &
illis fruatur. EAdem ratio:par respectus:causa:modus:uia:& propositum. PERfunctio:tolerantia. PERpessio:
obnixa sustētatio. ALlicit:inuitat:& prouocat.
ASSIduitates:officiorum frequentationes citra
intermissionem. Vigiliæ:pernoctationes:atq3 in
somnes curæ. INdustria:studiosus labor:& gene
Fortitudo qd' sit — rosa diligentia. FORTitudo:robur animi inui⸗
ctum : atq3 præfractum : fortitudo inquit seneca
contemptrix timendorum est : terribilia & sub iu
gum libertatem nostram mittentia despicit:pro⸗
uocat:frangit. CVra:molestia:& anxietate. MEtu:timore impendentium malorum. MOLestia:
sollicitudine:atq3 merore. STATVS : conditio
sors:qualitas. SVCCVMbere:cedere : ac uinci.
HVmili:deiecto:ignauo. IMBecillo : debili fra⸗
cto. MISerum:calamitosum : & inglorium. AN
gore:cruciatu animi:& ægritudie graui. QVA:
morte. QVI affecti sunt:idest ad finem uitæ de⸗
ducti:idest qui sunt mortui:afficimur gaudio:do
lore:morte:cum gaudemus:dolemus. morimur.
IN Eadem causa:conditione:statu:sorte : nego⸗
cio. ANteq̄ nati : quia nullus ex epicuri halluci⸗
nationibus post mortem remanet sensus : in hoc
cæno : heret & seneca dicens : mors in illam nos
tranquillitatem:in qua anteq̄ nasceremur:iacui⸗
mus:reponit:sed hos delirare sinam? : opinemur
q3 mortem bonis uiris non esse finem uitæ. sed au
spicium. MAximos:grauissimos:& celerem infe
rentes mortem. PARVOS:leues. INTerualla:
spatia:& intercapedines atq3 interpositiones ad⸗
mixtiones:quoniam cum sit longus : est leuis:&
sic dat requietem:& mitigationem. NOS esse do
minos:in nostro sitos esse arbitrio. TOlerabiles:
faciles. EQVO ANImo:pacato : & tranquillo.
ETHEAtro:spectaculo fabularum:quas dese⸗
rimus:si non arrideant:sensusq3 oblectent. SVO
nomine : propria natura:respectu & per se : suaq3
Iustitia qd sit. — sponte : sed alterius gratia. RESTAT:reliqua
est:& superest:iustitia legitima est habitus electi⸗
uus circa illa omnia:quę agit uir studiosus:obser
uans leges communis boni gratia:iustitia parti⸗
cularis est habitus circa definitam materiam:siue
obiectum:ut puta honores:pecunias : & cætera
id genus:tribuens cuique quod suū est. Iniustitia
uero legitima est habitus:transgrediens leges de
trimenti communis gratia ob proprium commo⸗
dum. Iniustitia particularis est habitus circa de⸗
terminatam materiam : sumens quod suum non
est. COpulatas:connexas : coniunctas. DIVelli:
separari. DIStrahi:abiungi:disiungi aliqua ui.
ALIT Quid:commentando:& cogitando:pa⸗
rit:& nutrit boni quippiam : atq3 honesti : quod
mentem pacatam teneat : atq3 tranquillam : iusti
siquidem cogitationes:& appetitiones ad bonū
tendunt:& sic iucūdam efficiunt uitam: TVM:
partim. VISVA:propria:potentia : & efficacia.
ATq3 natura:naturali proprietate:& qualitate.
TRANQVillet:sedet:placet:leniat : oblectet:
sua presentia. TVM:partim. SPE:opinione:& expectatione:quasi certa:quod iusto non deerit : quia non opta⸗
bit quod natura. DEPRauata:idest corrupta querat:& inania consectetur:natura deprauata dicitur : quæ falsis
imbuta opinionibus inania quædam appetit:& ob id ad inferendam propendet iniuriam. QVEmadmodum:pro
bat a simili:turbare pacem animi iniustitiam:& sedare ipsum:ac uoluptate afficere iustitiam:repetit ea : quæ dixit
aliis appellationibus:ut copia uocabulorum ostendatur. TEmeritas:imprudentia:& prauum de rebus iudicium.
LIbido:immoderata cupiditas:& intemperātia. IGNauia:pusillanimitas inimica fortitudini : quæ inter ignauiā:
& audaciā collocat. EXcruciāt:uariis perturbationib⁹ torquent:& lancināt. SOllicitant:inquietāt. TVrbulētæ:

tum in dedecora incurrunt, sæpe etiam legum, iudicio
rumq3 pœnis obligantur. Qui autem ita frui uolunt uo
luptatibus, ut nulli propter eas dolores cōsequant̄, &
qui suum iudicium retinent, ne uoluptate uicti faciāt
id, quod sentiunt non esse faciendum, hi uoluptatē ma
ximam adipiscuntur prætermittēda uoluptate. Iidem
etiam dolorem sæpe perpetiuntur, ne si id non faciant,
incidant in maiorem. Ex quo intelligitur, nec intempe
rantiam propter se fugiendam esse, temperātiāq3 expe-
tendam, non quia uoluptates fugiat, sed quia maiores
cōsequatur. Eadem fortitudinis ratio reperietur. Nam
neq3 laborum perfunctio, nec perpessio dolorum per
se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitates, nec uigiliæ,
nec ea ipsa, quæ laudatur industria, nec fortitudo qui-
dem, sed ista sequimur, ut sine cura, metuq3 uiuamus,
animūq3 & corpus, quamtum efficere possimus, mole
stia liberem⁹. Vt enim mortis metu omnis quietæ uitæ
status perturbatur, & ut succūbere dolorib⁹, eosq3 hu-
mili animo, imbecilloq3 ferre miserū est, ob eamq3 de-
bilitatem animi multi parentes reliquerunt, multi ami
cos, nonnulli patriam, pleriq3 autē se ipsos penitus per
diderunt, sic robustus animus, & excelsus omni est li-
ber cura, & angore, & mortem contemnit, qua qui af-
fecti sunt, in eadem causa sunt, qua ante q̄ nati, & ad do
lores ita paratus, ut meminerit, maximos morte finiri,
paruos multa habere interualla requietis, mediocrium
nos esse dominos, ut si tolerabiles sint, feramus, si min⁹
æquo animo e uita, cum ea non placeat, tanq̄ e theatro
exeamus, quibus rebus intelligitur nec timiditatē, igna
uiamq3 uituperari, nec fortitudinem, patientiāq3 lauda
ri suo nomine, sed illas reiici, quia dolorem pariāt, has
optari, quia uoluptatem. Iustitia restat, ut de omni uir-
tute sit dictum, sed similia fere dici possunt. Vt enim sa
pientiam, temperantiam, fortitudinem copulatas esse
docui cum uoluptate, ut ab ea nullo modo, nec diuelli
nec distrahi possint, sic de iustitia iudicandum est, quæ
non modo nunq̄ nocet cuiq̄, sed cōtra semper alit qd,
tum ui sua, atq3 natura, quod tranquillet animos, tum
spe nihil earū rerū defuturū, quas natura deprauata de-
siderat. Quēadmodum temeritas, & libido, & ignauia
semp animū excruciāt, & semp sollicitant, turbulētæq3

confusæ

confuſæ:& inquietæ.CONſedit:ſtabilem poſuit ſedem ipſa iuſtitia:de qua loquimur.HOC ipſo:ob hoc ipſum.QVOD:quoniam præſens eſt ipſa iuſtitia:ideſt habitus ipſius uirtutis:& perfectio ipſius mentis:abſolutio ꝑ rationis:qua mens componitur:& intrinſeca cenſetur iniuſtitia:unde manat extrinſeca:pari ratione dicendum eſt de iniuſtitia:mali uiri:anima inquit ariſtoteles in ſeditione poſita eſt:& pars una illuc:illa uero huc trahit:ut diſtrahentes:& prauos eſſe concordes impoſſibile aſſerit.TVRbulenta:impacata:conturbata non poteſt eſſe:oppoſitum facit improbitas:ideſt iniuſtitia:& iniquitas.MOlita eſt:cogitauit iniuriam aliquam:aut peregit.COnfidet:

ſunt,ſic cuius in mente conſedit,hoc ipſo,ꝙ adeſt,turbulenta nō poteſt fieri,ſi uero improbitas molita quippiam eſt,q̄uis occulte fecerit,nunq̄ tamen confidet,id fore ſemper occultum.Plerūq; improborum facta primo ſuſpicio inſequitur,deinde ſermo,atq; fama,tum accuſator,tum iudex,multi etiam(ut te conſule)ipſi ſe iudicauerunt.Quod ſi qui ſatis hominū ſibi contra cōſcientiam ſepti eſſe & muniti uidentur,deorum tamen horrēt,eaſq; ipſas ſollicitudines,quibus eorum animi,noctesq;,dieſq; exeduntur,a diis immortalibus ſupplicii cauſa importari putant,quæ autem tanta ex improbis factis ad minuendas uitæ moleſtias acceſſio fieri poteſt,quanta ad augendas,tum conſcientia factorum,tū pæna legum,odioq; ciuium?Et tamen in quibuſdā neq; pecuniæ modus eſt,neq; honoris,neq; imperii,nec libidinum,nec epularum,nec reliquarum cupiditatum,quas nulla preda unq̄ improbe parta minuit,ſed auget potius,atq; inflammat,ut coercendi magis q̄ dedocendi eſſe uideātur.Inuitat igitur uera ratio bene ſanos ad iuſtitiam,æquitatē,fidem.Neq; homini infanti aut impotenti iniuſte facta conducunt,qui nec facile efficere poſſit,quod conetur,nec obtinere,ſi effecerit,& opes,uel fortunæ,uel ingenii liberalitati magis conueniunt,qua qui utuntur,beniuolentiam ſibi conciliant,& quod aptiſſimum eſt,ad quiete uiuendum,caritatem præſertim,cum omnino nulla ſit cauſa peccandi.Quæ enim cupiditates a natura proficiſcuntur,

ſperabit:quando die ac tempore occulta reuelantur omnia.SVſpitio:coniectura quædam:& opinio hominū male ſentiētium de improbis.SERmo:uulgaris murmuratio.FAMA:diuulgatio quædam:& publica notitia:& per hoc dedecus:& infamia.IVDex:legitimus punitor ſcelerum.SE IVdicauerunt:condemnarunt:& pœnas dederunt ut in catiliniana coniuratione.SEpti:uallati.MVNIti:ſecuri:& tuti:cum ſint potentes:nec curare uideantur leges:& earum pænas tamē conſcientiæ ſtimulis dies noctesq; torquentur:& ſupremi numinis reformidant ultionem.CONſcientiam:notitiam.HOrrent:reformidant ſcientiam numinum.SOllicitudines:moleſtias:& anxietates animorum.EXEDuntur:roduntur:& cruciātur.QVE autem:ſenſus eſt:improba;opera:& iniqua lucra minus proſunt neceſſariis uſibus q̄ noceant animo conſcientia ſcelerū:nec non pœna legum:& odia ciuium.MInuendas:alleuiandas neceſſitates:quibus interdum uita laborat ob inopiam:quapropter nonnulli furantur:uſuras exigunt:aliqui graſſantur:latrocinantur.ACceſſio:adiunctio:additamentū.QVanta:q̄ magna ſit acceſſio ad amplificandas moleſtias ex conſcientia factorū:ex pena legum:& ex odio:atq; inimicitia ciuium:qui malefactis offenduntur:& capitali odio malefactores proſequuntur.ET tamen:q̄uis tantus ſit conſcientiæ ſtimulus.NEq; modus:terminus:& menſura:quam æſtuans non nouit auaritia.HOnoris:ciuilis dignitatis:& magiſtratus.IMPErii:moderationis exercituum.LIBIdinum:uenerearum cupiditatum.EPVlarum:prætioſorum ciborum.RELIquarum:pertinentiū ad alios ſenſus:ideſt uiſum:odoratum:& anditum.IMprobe:iniuſte:ac fraudulenter acquiſita.INflammat:accendit:unde illud iuuenalis:creſcit amor nummi:quātum ipſa pecunia creſcit:& minus hanc optat:qui non habet.COercendi:fatigandi:carcere:ac uinculis reprimendi.QVam dedocendi:uerbis monendi:ut aliter ſentiant:& opinentur:uerba inquit non ſufficiunt ad deterrendam auaritiam:ſed acerba cuſtodia opus eſt.VEra ratio:prudentia:& rectum iudicium:quo humanæ cupiditates dirigunt:& formantur ad bonum:& commodum.BEne ſanos:mentis habentes ſanitatem:ideſt conſilium:& electionē.ADiuſtitiam:ad ſeruandum ius naturæ:quod primum eſt:& legitimum quod ab illo quaſi fonte defluxit.EQuitatem:bonitatem:quæ primum ius reſpicit:& ſummam complectitur iuſtitiam quæ in animo boni uiri uerſatur:& ſedet.FIdem:integritatem:& conſtantem ueritatem dictorum:atq; factorum:fides inquit ſeneca ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt:nulla neceſſitate ad fallendum cogitur:nullo corrumpitur pręmio.HOmini infanti:nō habenti facundiam:& inepto ad perſuadendum:cum ſit pene mutus:fariq; neſciat:eloquentia eſt illis neceſſaria:qui alienis affectibus moderari exoptant:& imperare:quapropter heſiodus in theogonia dixit:callyopen aſſidere regibus.IMpotenti:debili:atq; inopi:ideſt nō habenti uires ad tuendam iniuriam:quæ ob impotētiam pareret dolorem:in quo ſummum malum ſtatuit epicurus.CONducunt:utilitatem afferunt.NEC facile:cum ſit infans.NEC obtinere:conſeruare ac tueri:cū ſit impotens.ET opes:auxilia:facultates:diuitiæ:dotes.FORtunæ:bonorum externorum:quibus habundant potentes.INgenii:intrinſece perfectionis:ideſt prudentiæ:conſilii:& facundiæ:ac omnium eloquentiæ inſtrumentorum:quib⁹ hominum caritatem emereri poſſumus:& ſic infantiæ:impotentiæ ꝑ oppoſuit opes fortunæ atq; ingenii.LIBeralitati:beneficentiæ:qua uel maxime beniuolentia comparatur:ut ariſtoteles dicit in moralibus:& idem cicero in officiis.MAgis conueniunt:ideſt honeſtius ducitur conuertere tales dotes:ideſt facūdiam:& potentiam ad opem ferendam q̄ ad iniuriam:& hoc propter uoluptatem & ſecuritatem uitæ:quæ his officiis comparatur:& labefactatur iniuriis:iniuria dicebat epicurus per ſe malum non eſt:uerum in ſuſpitionis metu id malum ſitum eſt:niſi lateat.COnciliant:parant.APtiſſimum:conuenientiſſimum.CARitatem:amorem:ſiue amabilitatem:ita dixerim:nam carum dicitur amabile:unde caritas:ille carus eſt qui amatur.CVM omnino nulla ſit cauſa peccandi:& maxime inquit fugienda eſt iniuria:cum nulla neceſſitas naturæ nos impellat ad illam inferendam:ea ſiquidem:quæ natura non deprauata deſiderat:parabilia ſunt & citra iniuriam ideſt rapinam:& uiolētiā haberi poſſunt.QVE enim:ratio quare non ſit cauſa peccandi.A NAtura:a naturali neceſſitate:quæ inſtantibus deſideriis copia non operoſa ſatiſfacere contenta eſt:unde dixit horatius:ieiunus raro ſtomachus uulgaria temnit:in naturalibus cupi

Auaritiã qd deterreat:

ditatibus inquit aristoteles: pauci peccãt: & ad unum: ad ipsum dico plus: cum enim quispiam quæuis comedit: donec impleatur: superfluo fit: tunc rei naturalis exuperatio multitudine ipsa siquidẽ naturalis cupiditas indigentiæ repletio est. SIne iniuria: idest rapina: & uiolentia: quoniã ad naturales necessitates alimenti nemo pauper est. INAnes: uanæ: superflue: infructuosæ: idest nec naturales: nec necessariæ: & si naturales: tamẽ nõ necessariæ: quoniã sine illis natura refouetur: & sustentatur: uana opinio: & æstuans gula: inanes uoluptates cõlectantur. DEsiderabile: uere bonũ: aut necessariũ. IN ipsa iniuria: iniqua taliũ rerũ cõparatione: quoniã iniurius animus nũq̃ requiescit.

facile explentur, sine iniuria. Quæ autem inanes sunt, his parendum non est, nihil enim desiderabile concupiscunt, plusq; in ipsa iniuria detrimenti est q̃ in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariunt. Itaq; ne iustitiã quidem recte quis dixerit per se ipsam optabilem, sed quia iucunditatis uel plurimum afferat. Nam diligi & carus esse iucundum est, propterea quia tutiorem uitã, & uoluptatem efficit pleniorem. Itaq; nõ ob ea solum incommoda, quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus, sed multo etiam magis, q cuius in animo uersatur, nunq̃ finit eum respirare, nunq̃ acquiescere. Quod si ne ipsarum quidem uirtutum laus (in qua maxime cæterorum philosophorũ exultat oratio) reperire potest exitum, nisi dirigatur ad uoluptatẽ, uoluptas autem ea est sola, quæ nos uocet ad se, & alliciat suapte natura, non potest esse dubium, quin id summum, atq; extremum bonorum omnium, beateq; uiuere nil aliud sit, nisi cum uoluptate uiuere. Huic certæ, stabiliq; sententiæ, quæ sint cõiuncta, explicabo breui. Nullus in illis error est finibus, bonorum & malorum, idest in uoluptate, aut in dolore, sed in ipsis rebus peccant, cum e quibus hæc efficiantur, ignorant, animi autem uoluptates & dolores nasci fatemur e corporis uoluptatibus, & doloribus. Itaq; cõcedo, quod modo dicebas, cedere causæ, si q e nostris aliter existimant, quos quidem uideo esse multos, sed imperitos. Quamq̃ autẽ & lætitiam nobis uoluptas animi, & molestiam dolor affert, eorum tamen utrunq; & ortum esse e corpore, & ad corpus referri, nec ob eam causam nõ multo maiores esse, & uoluptates, & dolores animi q̃ corporis. Nam corpore nihil, nisi præsens, & quod adest, sentire possumus. Animo aũt & præterita, & futura. Vt enim æque doleamus, animo cum corpore redolemus, fieri tamen permagna accessio potest, si aliquod æternum & infinitum impẽdere malum nobis opinemur. quod idem licet trãsferre in uoluptatem, ut maior sit, si nihil tale metuamus. Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi, aut uoluptatem, aut molestiam,

Iniurius anim⁹ nũq̃ q̄escit.

EMOlumenti: utilitatis: & cõmodi. PAriũtur: acquiruntur iniuste. REcte: iure: ac merito idest bene. CArus esse: maxime amari. TVtiorẽ: securiorẽ. PLEniorẽ: cumulatiorẽ. IMprobis: iniqs: & iniuriã inferentibus. VErsat: insidet: & inhæret. REspirare: refoueri: recreari: quoniã perpetuã parit anxietatẽ. ACquiescere: tranquillũ esse: sed assidua sollicitudine cruciari: atq; torqueri. LAus: cõmendatio: & excellentia. INQua: laude & præconio. EXultat: gloriatur: exuberat: sed undat tollens quasi ad astra uirtutum: decus: & robur. EXItum: finem: in quo quiescat: ueluti summo bono. DIrigatur: referat: & tẽdat. ALliciat: inuitet. SVApte natura: peculiari dote: & qualitate. QVIN: quod uoluptas bonũ sit extremũ. BEate: cumulate: atq; felicissime. HVIC certæ: quæ hactenus dixi ait torquatus uera sunt: & firma: quæ uero his adnexa sunt: & ab his pendẽt: iam explicabuntur: ut omnino planũ sit ad uoluptatẽ omnia referri. CErtæ: indubitatæ. STAbili: fixæ: atq; imobili: idest conuelli: aut labefactari nõ potest: arrogãtis epicuræi seruat decorũ. NVLlus error: falsa opinio: nõ erratur inqt in cõstitutiõe finiũ a quibusdã nostris: sed in his: quæ ad fines tendunt: & sic in disputationib⁹ aliquãdo succũbunt: nec suũ dogma recte: atq; obnixe tuent: & iccirco causa cadũt: & tanq̃ uicti dãt eõ tradicẽtib⁹ manus. IN ipsis rebus: in dispiciẽda: & pscrutãda qualitate rerũ: e quib⁹ uoluptates: aut dolores oriuntur. HEC duo proposita: idest uoluptas: & dolor. E Quib⁹ efficiant: unde oriãtur: & cõstẽt. ANimi uoluptates: probat torquatus maiores esse uoluptates animi uoluptatibus corporis: & dolores pariter animi corporis doloribus cõtra cyrenaicorũ opinionẽ: atq; sententiam. NAsci: originẽ habere: & iccirco quibusdã imperitis uident minores: oppositũ inquit ostendam. ITAq; cõcedo: fateor inquit uerũ esse: quod paulo ante dixisti: quosdã scilicet ignorare defensionem nostri decreti: cũ ignorẽt uoluptatũ gradus: atq; dolorum: dixit cicero: nunq̃ hoc ita defendit epicurus: neq; uero torti aut quisq̃ eorum: qui aut saperet aliqd: aut ista didicisset. CEDere causæ: discedere a causa: & illã uictori relinquere: causa dicitur negociũ: quod tractat: & ratio: cedo causæ dicimus: & causa: nec non cado causa: idest litem amitto: ut scriptũ erat in formulis. xii. tabularum: eodem cicerone autore in oratoris libris. ALIter: alio modo q̃ ueritas rei sit: idest causa cedũt hi: qui uoluptates corporis: & dolores putãt esse maiores uoluptatibus animi & doloribus.

Causa qd sit.

QVamq; autem: sensus est: q̃uis delectatio animi pariat: & producat gaudium & dolor animi adducat egritudinẽ: tamen a corpore habent originem: atq; sensibus: a quibus: ut uoluit epicurus: affectiones accipit: idest uoluptates: & dolores animus: sed non propter hoc sunt illis minores: cum plura habeat animus tempora ad utrunque affectum. EOrum: uoluptatis: & doloris. HOrtum esse: scilicet fatemur. ET referri: reduci tanquam in suum initium: & causam: in qua ipsi effectus cõseruantur tanq̃ suis causis inferiores: illisq; subiecti. NEC ob eam causam: tamen inquit non propter hoc: quia referuntur ad corpus. MAiores esse: fatemur uidelicet: & asserueramus. NAM corpore: hæc est ratio quamobrem sint multo maiores. COrpore: corporeis sensibus: atq; iudiciis. ADest: adiacet: uicinumq; est. ANimo: rationis discursu: & reminiscentia: prudentiaq;. VT enim: q̃uis certem: sensus est etiam si pares essent utriusq; dolores: animi uidelicet: & corporis: tamen dolores animi agitatione rationis: & cogitatione crescere possunt: & pari ratione uoluptates. EQue: similiter. ACcessio: augmentum: additamentum: adiunctio. IMpendere: imminere: ac uenturum esse. TRANSFERRE: accommodare. VT EA: uoluptas crescat: si malum infinitum non timeamus: nec futurum opinemur.

PLVS MOMENTI:pōderis:efficaciæ uirium:impulsus.EORVM:uoluptatis:& molestiæ.VTRVMVIS:
unum e duobus:quod uis.NON PLACET AVTEM:declarat suā mentem de uoluptate:atq; dolore torqua
tus:ut concludat indolentiam:uoluptatem esse uel maximam:sensus est:absentia uoluptatis per se non conturbat
animum:idest nisi succedat dolor corporis:gaudium non impeditur. Absentia uero dolorum:idest indolentia pa
rit gaudium:per se idest sine uoluptate corporis:& hinc ostenditur magnitudo uoluptatis:quam affert indolen
tia.DETRACTA:remota:ablata.EGRITVDINEM:mærorem.DOLOR:asper aliquis motus in sensu.

plus ad beatam,aut ad miseram uitam afferre momen-
ti,quam eorum utrumuis, si æque diu sit in corpore.
Non placet autem,detracta uoluptate,ægritudinē sta-
tim consequi,nisi in uoluptatis locum dolor forte suc
cesserit. At contra gaudere nosmet ommittendis dolo
ribus,etiam si uoluptas ea,quæ sensum moueat, nulla
successerit,eo intelligi potest,quanta uoluptas non do
lere sit.Sed ut his bonis erigimur,quæ expectamus, sic
lætamur his,quæ recordamur.Stulti autem malorum
memoria torquentur.Sapientes bona præterita grata
recordatiōe renouata delectant.Est autem situm in no
bis,ut & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus,
& secunda iucunde ac suauiter meminerim⁹,sed cum
ea, quæ præterierunt, & quæ prætereunt acri animo,
& attēto intuemur,tunc fit, ut ægritudo sequat̃,si illa
mala sint,lætitia,si bona,o præclarā beate uiuendi, &
apertam,& simplicem,& directam uiam.Cum enim
certe nihil possit homini melius esse,q̃ uacare omni do
lore,& molestia,perfruiq; maximis & animi,& corpo
ris uoluptatibus,uidetis ne q̃ nihil prætermittat̃,quod
uitam adiuuet, quo facilius id, quod propositum est,
summum bonum cōsequatur.Clamat epicurus is,quē
uos nimis uoluptatibus esse deditum dicitis,non posse
iucunde uiui,nisi sapiēter,honeste,iusteq; uiuatur,nec
sapienter, honeste,iuste,nisi iucunde.Neq; enim ciui-
tas in seditione potest esse beata,nec in discordia domi
norum domus.Quo minus animus a se ipso dissidens,
secumq; discordans,gustare partem ullam liquidæ uo-
luptatis,& liberæ pōt. Atqui pugnantibus,& cōtrariis
studiis,cōsiliisq; semp utens nihil qeti uidere,nihil trā-
quilli pōt.Quod si corporis grauiorib⁹ morbis uitæ iu
cunditas impedit̃,quanto magis animi morbis impe-
diri necesse ē.Animi aūt morbi sunt cupiditates immē
sæ,& inanes diuitiarū,gloriæ,dominatiōis,libidinosa-
rum etiam uoluptatum.Accedunt ægritudines,mole-
stiæ,merores,,qui animos exedunt conficiuntq; curis,

GAVDERE:letari animo:scilicet placet.OM
MITTENDIS DOLORIBVS:omittendo:
& relinquendo dolores corporis: indolentia igi
tur sine uoluptate parit gaudium:amotio uolu
ptatis sine doloribus non parit tristitiam.VO
LVPTAS EA:idest iucundus motus in sensu:
hæc uoluptas in motu dicebat̃ ab epicuro:quam
facit indolentia:nominabatur in statu: idest uo
luptas mobilis:& stabilis.EOQVE:& ideo ob
hoc siue hinc.SED VT HIS ERIgimur:ani
mo gaudemus: & sperando mentem attollimus
nil aliud est lætitia q̃ animi elatio:& meror illi⁹cō
tractio:& depressio.STVLTI:hæbetes:imper
fecti:ac per hoc imprudentes:& uitiosi.MEMO
RIA:recordatione.TORQVENTVR:cru
ciantur.SAPIENTES:perfectam uirtutem a
deptos.RENOVATA:reuocata in mentem.
GRATA:suaui:& iucunda recordatione:quę
nobis bona præterita repræsentat.SITVM:lo
catum in nostro arbitrio:sed hoc negabit cicero.
OBRVAMVS:tegamus: & sepeliamus.SE
CVNDA:prospera:& læta.IVCVNDE:dele
ctabiliter.SVAVITER:uoluptarie: grateq;.
SED CVM:ponit utriusque recordationis ef
fectū:ut a turpitudine deterreat homines:& hor
tetur ad honestatem.ACRI:solerti: ualido:ue
hementi.ATTENTO:uigilanti: & feruenti.
INTVEmur:consideramus.EGRITVDO:
meror.O PRECLARAM:exclamat torqua
tus: & celebrat epicuri decretum.PRECLA
RAM:illustrissimam: & uerissimam.APER
TAM:expeditam.SIMPLICEM:certam: ue
ram:nō fallacem:nō ambiguā.DIRECTAM:
facilem:non obliquam:non tortuosam.QVO:
ut facilius attingat uoluptatem bonorum extre
mum ex epicuri placito.IVCVNDE:suauiter.
VACARE:uacuū esse.OMNI DOLORE:
corporis tormento.MOLESTIA:anxietate:
atq; sollicitudine animi.QVO:ut facilius uolu
ptatem nobis propositam: ut signū quoddam:
& finem attingamus.IVCVNDE:delectabili
ter:suauiter.SAPIENTER:prudenter: adhi
bito scilicet delectu bonorum & malorū:nec non
perspecta rerum natura:ne falsa opinione imbuti
metu cruciemur: & inani spe erigamur.HONE
STE:moderate:temperate.IVSTE:nemini sci
licet nocendo: & alienis commodis consulendo
pro uirib⁹:his enim pedibus librato nisu incedit
iustitia:NISI IVCVNDE:cum uoluptate: ad
quam omnes currunt uirtutes inquit epicurus: & probat suam enunciationem exemplo ciuitatis: & domus.SE
DITIONE:ciuium dissentione.QVO:quanto:DISSIDENS:discrepans:quoniam una pars huc trahit:alte
ra illuc inquit aristoteles:ut diuellentes:& distrahentes:DISCORDANS:nō idem sentiens:nec pacem habens:
aut tranquillitatem affectibus omnia turbantibus.LIQVIDE:puræ:sinceræ:& imperturbatæ.LIBERE:solu
te:undique tranquille.ATQVI:certe.PVGNANTIBVS:dissidentibus.CONTRAriis: oppositis.QVIE
TI:pacifici:sedati.TRANQVILLI:imperturbati.GRAVIORIBVS:magnis:& periculosis.IVCVNDI
TAS:oblectatio: & gratus tenor.IMPEDITVR:interrumpitur.MORBIS ANIMI:uitiosis affectibus: &
perturbationibus:quæ oriunt̃ ex opinione bonorum:spes uidelicet:atq; lætitia:nec non malorū:ut metus & egri
tudo.IMMENSE:infinitæ immodicæ.INANES:uanæ:& infructuosæ.GLORIE:nominis: & famæ.DO
MINATIONIS:principatus:atq; tyrannidis.LIBIDINOSARVM:uenerearum:& seplasianarum delectatio
num:libido:ut alibi finit:cicero:est effrenata appetentia: quæ in omnibus stultis inuenitur.ACCEDVNT:ad
ueniunt: & adduntur ex opinione mali præsentis.EGRITVDINES:morsus animorum:& cruciatus.MO
LESTIE:permanentes pressuræ:atq; angores.MERORES:fletus:& eiulationes.EXEDVNT:rodunt: ab
sumunt:in tabemq; resoluunt.CONFICIVNT:confodiunt:& perdunt.CVRIS:sollicitudinibus:& cor urenti

Lætitia quid.

Ad uoluptates omnes uirtutes concurrunt.

hominum non intelligentium, nihil dolẽdum esse animo, quod sit a dolore corporis præsenti, futuro ue sciũctum. Nec uero quisq̃ stultus non horum morborum aliquo laborat. Nemo igitur est non miser. Accedit etiam mors, quæ quasi saxum tantalo semper impẽdet. Tum superstitio, qua qui est imbutus, quietus esse nunq̃ potest. Præterea bona præterita nõ meminerunt, præsentibus non fruuntur, futura modo expectant, quæ quia certa esse non possunt, conficiuntur & angore, & metu, maximeq; cruciantur, cum sero sentiunt, frustra se aut pecuniæ studuisse, aut imperiis, aut opib⁹, aut gloriæ, Nullas enim cõsequuntur uoluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores, magnosq; susceperant. Ecce autem alii minuti, & angusti, aut omnia semper desperantes, aut maliuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi, alii autem etiam amatoriis leuitatibus dediti, alii petulantes, alii audaces, proterui, iidem intemperantes, & ignaui, nunq̃ in sententia permanentes, quas ob causas in eorum uita nulla est intercapedo molestiæ. Igitur nec stultorum quisq̃ beatus, nec sapientium non beatus. Multoq; hoc melius nos, ueriusq; q̃ stoici. Illi enim negant bonum quicq̃ esse, nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestum, non tam solido, q̃ splendido nomine. Virtutem autem nixam hoc honesto, nullam requirere uoluptatem, atq; ad beate uiuendum se ipsa esse contentam. Sed possunt hæc quadam ratione dici, non modo non pugnantibus, uerum etiam approbantibus nobis. Sic enim ab epicuro sapiens semper inducitur, finitas habet cupiditates, negligit mortem, de diis immortalib⁹ sine ullo metu uera sentit, non dubitat (si ita melius sit) migrare de uita, his rebus instructus semper est in uoluptate. Neq; enim tempus est ullum, quod non plus habeat uoluptatum q̃ dolorum. Nam & præterita grate meminit, & præsentibus ita potitur, ut animaduertat, quãta sint ea, q̃q; iucunda. Neq; pendet ex futuris, sed

tibus cogitationibus. NON intelligentium: ignorantium earum rerum uim: quæ tales affectus pariunt: aut repellunt: Nihil esse dolendum: dignum dolore: & mærore æstimandum: quod corporis non impedit uoluptatem. LAborat: grauatur: atq; ægrotat. ACcedit: aduenit: & additur supradictis morbis timor superioris naturæ: quem parit superstitio: idest uana religio: idest formido dinini numinis: quod ex deliri & impii epicuri opinione humana nõ curat: & nec bene pro meritis capitur: nec tangitur ira ut ait epicuræus lucretius. QVasi: tanq̃ in quarta tusculana dicit: cui miseriæ proximus est is: qui appropinquans aliquod malum metuit: exanimatusq; pẽdet animo: quã uim mali significãtes poetæ impendere apud inferos saxum tantalo faciunt. IMbutus: intinctus: initiatus: atq; repletus. NON meminerunt: ipsi stulti: & imperfecti. NON fruuntur: non capiunt uoluptatem. MOdo: solum. CErta: indubitata: & firma: COnficiuntur: perduntur: & mactantur. ANgore: præssura mentis: & cruciatu e præsentibus: & metu e futuris. MAxime: in primis torquentur stimulo penitentiæ. SEro: tarde. SENtiunt: cognoscunt ipsa edocti experientia. STVduisse: inuigilasse: insudasse. IMperiis: exercituũ moderationibus: & magistratibus. AVT opibus: potentiis: clientelis: & similibus. GLOriæ: nomini: ac famæ. ECce autem alii: egit torquatus de his: qui magna quedam sibi proponunt: ut magnanimi uideantur: atq; magnifici: nunc affert contrarios his: idest pusillanimes: malignos: liuidos: & leuissima queque turpiter: & perturbate sectantes. MInuti: animo pusilli: idest degeneres: & comminutum: atq; deiectum: habẽtes animum: & inerti uitio laborantes. ANgusti: animo contracti: & ad ampla quedam: lateq; patentia non suspirantes. Angusti animi est inquit seneca: quem terrena delectant. DEsperantes: rerum omnium desperatione laborantes: est autem desperatio egritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. MAliuoli: maligni: maliuolentia est uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. INuidi: liuore mentis infecti: inuidia est ambiguum nomen: nã dicitur non solum in eo: qui inuidet: sed etiam in eo: cui inuidetur: inuidentia est egritudo suscepta propter alterius res secundas: quæ nihil noceant inuidenti. DIFficiles: contentiosi: morosi: inhumani. LVCIfugi: solitarii: & tenebras captantes: humanosq; cetus: & congressus prauitate: atq; malignitate naturæ declinantes. MAledici: susurrones: detractores. MONstrosi: immanes: & ab humanitate penitus abhorrẽtes. monstrosi mores dicuntur: qui naturæ ordinem auersantur: & fugiunt: sunt autem monstra: quecunque præter usitatum ordinem nascuntur: & fiunt. PEtulantes: improbi: lasciui procaces: uaniloqui: iactabundi: linguaces: uentosi. AVdaces: temerarii: importuni. PROterui: feroces: asperi: immodici: atq; insultatores: proteruus dicitur immoderatus: & dictis: factisq; cõtumeliosus. IIdẽ intemperantes: dissoluti: lurcones: manducones: deuorones: inconstantes: & inter æstus cupiditatum fluctuãtes. IGnaui: pigri: segnes: timidi: abiecti: formidolosi: meticulosi: & denique leues: atq; instabiles. INtercapedo: interuallum: intermissio anxietatis: & mæroris. MVlto melius: rectius: & decẽtius. VErius: euidentius: & certius. HOC: sapientem esse beatum: & stultum miserum. VMbram: rem inanem: & nihil solidi habentem: ut est umbra corporis: & nomẽ inane dicitur: quod sub se nullam uim habet subsistentem. HOnestum: eo ꝙ sit laudabile natura. SOlido: firmam rem: & corpoream significante: solidum dicitur firmum: corporeum: tangibile: tangi dicit: idem cicero in timeo non potest: quod caret solido: solidum autem nihil: quod terræ sit expers. SPlẽdido: illustri: & ut ita dixerim: pomposo: & magnifico. NIxam: sustentatam: confirmatam. SE ipsa: propriis dotibus: atq; diuitiis. QVadam ratione: probabilitate: atq; ueritate: quoniam uirtus tanti est ponderis: ut cætera uel bona: uel commoda ex altera parte collocata uix minimi momenti instar habere uideantur. APprobantibus: confirmantibus. FInitas: terminatas: & moderatas: quæ uidelicet naturæ satisfaciat necessitatibus. NEgligit: contẽnit illũ quippe diem: quo moriebatur: beatũ appellauit: de morte ista sentit epicurus inqt cicero alibi: ut dissoluto animãte sensum extinctũ putet: quod aũt sensu careat: nihil ad nos id iudicet ptinere. SIne metu: quoniã opinatus est deũ nõ habere curã rerũ humanarũ: nec irasci: nec aliquẽ punire: dictũ est de hac epicuri impietate in primo de natura deorũ. MIgrare: abire. INstructus: munit⁹: armatus: sept⁹. QVO plus: & sic ei⁹ uita denominat̃ ab eo: qđ magis inest. GRate: iucũde. ITA: taliter. NEq; pẽdet:

Opio uana epicuri

Desperatio qd sit

Pendere qd sit.

non

expectat illa, fruitur psentibus, ab hisq; uitiis, quæ paulo ante collegi, abest plurimum. Et cum stultorum uitam cum sua comparat, magna afficitur uoluptate, dolores autem, si qui incurrunt, nunq̃ uim tantam habẽt, ut non plus habeat sapiens, quod gaudeat, q̃ quod angatur. Optime uero epicurus, ꝙ exiguam dicit fortunam interuenire sapienti, maximasq; ab eo, & grauissimas res, consilio ipsius, & ratione ad ministrari, nec maiorem uoluptatem ex infinito tempore ætatis percipi posse q̃ ex hoc percipiatur, quod uideamus esse finitum. In dialectica autem uestra nullam uiam existimauit esse, nec ad melius uiuendum, nec ad commodius disserendum, in physicis, ꝙ complurimum possint ea scientia, & uerborum uis, & natura orationis, & consequentium, repugnantium ue ratio potest perspici, omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione, liberamur mortis metu, nõ conturbamur ignoratione rerum, ex qua ipsæ horribiles existunt sæpe formidines. Deniq; etiam morati melius erimus, cũ didicerimus, quæ natura desideret. Tum uero si stabilem scientiam rerum tenebimus, seruata illa, quæ quasi delapsa de cælo est, ad cognitionem omnium, regula ad quam omnia iudicia rerum dirigentur, nunq̃ ullius oratione uicti sententia desistemus. Nisi autem

non sperat futura: pendere ab aliquo est spem in illo ponere: & omnia sua uota: & felicitates inde æstimare fulcrũq; habere: atq; sub sistere: syllins: mene oblite tua nostram pendere salutem: abnuis inceptis comitem. EXpectat: ueni re finit: mente non anxia. FRuitur: nolnptatem ex his capit. STultorum: imprudentium: & naturam rerum ignorantium. QVod: propter quod aut lætetur: aut animo crucietur. OPtime: uerissime. EXiguam: minimam: debilem: mancam: detrimenta dicebat epicurus autore laertio: quæ ex hominibus siue odii: siue inuidiæ: siue contemptus gratia fiunt: sapientem ratione superare. INteruenire: accidere: quoniam ubi est perfecta uiuendi ars: idest prudentia: non habet locum: unde dixit iuuenalis: nullum numen abest: si sit prudentia: sed te nos facimus fortuna deam: cæloq; locamus. GRauissimas: maximi momenti: & seuerissimas: & cura: studioq; dignissimas. ADministrari: regi: & gubernari. ET ratione: arte: idest prudentia. EX infinito: quemadmodum cibus aiebat epicurus: nõ qui plurimus: sed qui suauissimus est eligitur: ita & tempus nõ longissimum: sed suauissimũ optatur. Finitum: terminatum: & fixũ. VEStra: qua uos noui academici ad alios refellendos: & distrahendos utimini: & ingenii calumnia in simplicissimos quosqne impetum facitis. VIam: rationem: & artem: quæ aut morib⁹ prodesset: aut iudicium adiuuaret. MElius: rectius: honestius: pacatius: iucundius. COmmodius: aptius: atq; utilius. DIsserendum: disceptandum: & iudicandũ. IN PHysicis quod complurimum possint: ratio quare dialecticam repudiauit epicurus: quoniam scilicet duo hæc mores: & disceptationes siue iudicia maximam sibi uim: & cõfirmationem comparant in physicis: idest perscrutatione: ac cognitione naturarum: & qualitatum rerum omnium: contortæ autem & perplexæ rationes ipsius logices reuocãt potius in dubium mores aut ingenia q̃ doceant: illustrent: confirment. COmplurimũ: maxime: ac in primis. POssint: uigeãt: robur habeant: & stabilimentum: siue augumentum in explicatione naturæ: rerumq; occultarum indagatione: uenationeq;. EA scientia: idest physica doctrina: & eruditione possunt haberi facillime omnia: que suis ambagibns: & difficultatibns profitetur dialectica: epicurei dicit seneca. xuii. epistola rum duas partes philosophiæ putauerunt esse: naturalem: atq; moralem: rationalem remouerũt: deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere: falsa sub specie ueri latẽtia coarguere: ipsi quoque locum quem de iudicio: & regula appellãt: alio nomine rationalem induxerunt: sed eam accessionem esse naturalis partis existimant. VErborum uis: propria significatio: & potestas. ET natura orationis: qualitas ipsius cõpositionis: & enũciationis: uera sit: an falsa: perspicua: an ambigua: uniuoca: an æquiuoca: & cætera id gen⁹ ad qualitatẽ oratiõis pertinẽtia. ET cõsequẽtiũ: uerarũ cõclusionũ e ueris antecedentib⁹. REpugnãtiũ: oppositarũ: & cõtrariarũ: ex oppositis: & cõtrariis antecedẽtib⁹: & propositiõib⁹. RAtio: ars: natura: modus: uia. PErspici: perfecte cognosci: & intelligi: laerti⁹ tractãs triplicẽ epicuri philosophiã: physicã: uidelicet: canonicã: & moralẽ: dicit: cõsueuerũt epicurei canonicam naturali cõiũgere: appellãtq; illã de iudicio: siue introductiõe: naturalẽ uero de generatiõe: & corruptiõe. OMniũ aũt rerũ: cõfirmat qđ dixit de utilitate moꝝ: & iudicii ex physica disciplina. NAtura: ꝓprietate: qualitate: dote: efficacia. LEuamur: exoneramur: & liberamur. SVperstitiõe: inani metu superioris naturę q̃ nec sibi: nec alteri exhibet negociũ: ut oscitãti epicuro placuit: dictũ est de his copiose: ut arbitror in primo de natura deorũ. MOrtis: quã epicurus nihil ad nos ptinere dicebat his uerbis: consuesce opinari: nihil ad nos esse mortẽ: bonũ eni ac malũ in sensu est: sensus aũt priuatio mors est: unde recta cognitio: ꝙ nihil ad nos sit mors id efficit: ut mortale qđ est fruaᷣ uita: non ambiguũ adiiciẽs tẽpus: sed imortalitatis desideriũ auferẽs: nihil eni in uita malũ est ei: qui uere cõpræhẽdit: nihil esse in uitæ priuatiõe mali: cũ nos sumus: mors nõ est: cũ uero mors adest: nos iã nõ sumus. NON cõturbamur: nõ sollicitamur: aut angimur. EQua: ignoratiõe. HOrribiles: maxiæ: & formidolosissimæ: q̃ apud inferos finguntᷣ a poetis: quas esse uanas dicebat epicur⁹: cui⁹ deliramẽta sectat⁹ est aliqñ seneca: q̃uis stoico supcilio: & grauitate intumesceret: sic eni scribit in cõsolatiõe ad martiã: cogita nullũ defunctũ malis affici: illa quæ nobis inferos faciunt terribiles: fabulosa sunt: nullas iminere mortuis tenebras: nec carcerem nec flagrantia igni fulmina: nec obliuionis amnem: nec tribunalia: nec reos: luserunt ista poetæ: & uanis nos agitauere terroribus. EXistunt: emergunt: oriuntur: apparẽt. MElius morati: moderatiores: & tẽperatiores. CVM didicerimus: per physicen cognouerimus: desideria naturæ: q̃ instãtib⁹: & necessariis cupiditatib⁹ satisfacere rebus parabilib⁹: & uulgariis cõtẽta est. TVM uero: præterea inqt: si certa scia subnixi erimus: & sensuũ iudicio cõfirmati captiõẽs dialecticas facile declinabimus. STabilẽ: firmã: & cõstantẽ. SEruata: custodita: & retẽta. REgula: norma: idest iudicio sensuũ: canõ grece regula latine: significat istrumẽtũ: quo lineæ diriguntᷣ: uulgo riga diciᷣ: & squadra: hãc philosophiæ ptẽ: q̃ iudicãdi uim habet canonẽ appellauit: de quo sic laerti⁹ epicur⁹ in canone: sensus ueritatis duces asseruit: & oẽm rõnẽ a sensib⁹ esse ductã. AD quã: regulã a natura cõstitutã ad æstimationẽ rerũ. ORatiõe: uerbis dialectico acumine instructis. DEsistemus: idest nunq̃ sentẽtiã nostrã relinquemus naturali regula stabiliti: desistere ꝓprie est negocio abstinere. Desistere qd sit.

natura perspecta erit, nullo modo poterimus sensuum iudicia defendere. Quicquid porro animo cernimus, id omne orit a sensibus, qui si omnes ueri sunt (ut epicuri ratio docet) tum deniq; poterit aliquid cognosci, & recipi. Quos qui tollunt, & nihil posse percipi dicūt ii remotis sensibus, ne id ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt. Praeterea sublata cognitione, & scientia, tollitur omnis ratio, & uitae degendae, & rerū gerendarum, sic e physicis, & fortitudo sumitur contra mortis timorem, & constantia contra metum religionis, & sedatio animi omnium rerum occultarum ignoratione sublata, & moderatio natura cupiditatū, generibusq; earum explicatis, & ut modo docui cognitionis regula, & iudicio ab eadem illa constituto, ueri a falso distinctio traditur. Restat locus uel huic disputationi maxime necessarius de amicitia, quam (si uoluptas summum sit bonum) affirmatis omnino nullā fore, de qua epicurus quidem ita dicit. Omnium rerum, quas ad beate uiuendum sapientia comparauerit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius, neq; uero hoc oratione solum, sed multo magis uita, factis, & moribus comprobauit. Quod q̃ magnum sit, fictae ueterum fabulae declarant. In quibus tam multis, tamq; uariis ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria reperiuntur. Vt ad orestem peruenias profectus a theseo. At uero epicurus una in domo, & ea quidem angusta, q̃ magnos, quantaq; amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges? Quod fit etiamnum ab epicureis, sed ad rem redeamus, de omnibus dici nō necesse est. Tribus igitur modis uideo a nostris de amicitia disputatum. Alii cum eas uoluptates, quae ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tā expetendas, q̃ nostras expeteremus, quo loco uidetur quibusdam stabilitas amicitiae uacillare. Tuentur tamē eum locū, seq; facile (ut mihi uident) expediūt. Vt enī uirtutes, de qb⁹ ante dictū est, sic amicitiā negāt a uoluptate posse discedere. Nā cū solitudo, & uita sine amicis, insidiarū, & metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias cōparare, qbus partis confirmat animus, & a spe

NATVRA: qualitas: & proprietas. PORRO: certe. CERNIMVS: iudicamus: & scimus. ET RECIPI: apprehendi: & memoriae commendari. QVOS: sensus: eorumq; iudicia. QVI TOLLVNT: remouent: negantq; esse ueros propriorum obiectorum iudices: hi erant noui academici: nihil percipi: aut sciri posse asseuerantes. PERCIPI: comprehendi: atq; intelligi. REMOTIS SENSIBVS: ablata sensuum perceptione: & cognitione. EXPEDIRE: explicare: & affirmare sine aliquo impedimento & contradictione: expedire proprie est pedum uincula dissoluere: sed transfertur ad multa: uis ꝑ huius uerbi late patet. QVOD DIXERVNT: affirmauerūt: tanq̃ perceptum: & scitum: nihil scilicet percipi posse: hoc autem dicere non est illis consentaneum: quorum decretum est nihil posse cognosci: & affirmari: sensus ergo hic est: qui talia dicunt: si dogma prodere nolunt: sed tenere: ut ipsos decet: hoc etiam perceptum non habent: nihil posse percipi: in lucullo dicit idem cicero: hoc igitur modo potius erat ab his postulandum: ut hoc unum saltem percipi: nihil posse perceptum esse dicerent. TOllitur: aufertur. RAtio: ars uiuendi: & agendi: confusio uitę sequeretur inquit: si mens nihil certi haberet: q̃ sequeretur: in lucullo dicit: ergo hi qui negant qc quam posse comprehendi: haec ipsa eripiunt uel instrumenta uitae: uel potius etiam totam uitam euertunt funditus: ipsumq; hominem orbant animo: ut difficile sit de temeritate eorum: perinde ut causa postulat: dicere: in philosophia haec duo sunt maxima: iudicium ueri: & finis bonorū: nec sapiens esse potest: qui aut cognoscendi initium ignorat: aut extremum expetendi: ut aut unde proficiscatur: aut quo perueniendum sit: nesciat. EPHYSICIS: e cognitione rerū omniū. CONSTANTIA: firmitas animi contra metum superioris naturae: quem nobis religio: idest diuin⁹ cultus intentat. SEDATIO: pacatio: quam parit ipsa cognitio rerum. MODERATIO: temperantia. NATVRA: qualitate: & proprietate. GENERIBVS: formis: siue specieb⁹: dixit eni: quasdam esse naturales: & necessarias: quasdam naturales: non tamen necessarias: quasdam inanes. VT MODO: paulo ante. AB ILLA: natura: quae dedit sensus ad scientiam duces: ordo est: & distinctio ueri a falso traditur regula: & iudicio ab eadem illa constituto: & sic conclusum est ab epicuro dialecticen nō esse necessariam ad melius uiuendum: aut iudicandum: sed utrique satis esse naturae explicationem adhibito canone ab eadem natura posito: & adiuncta ratione confirmato. RESTAT: superest. LOCVS: tractatio: & sententia epicuri de amicitia: quę in primis necessaria est his: qui secure: ac tranquille cupiunt uiuere. EPICVRVS DICIT: in ratis opinionibus: autore laertio. COMPARAVERIT: adinuenerit. MAIVS: praestantius. VBERIVS: fructuosius. IVCVNDIVS: suauius. ORAtione: uerbis. VITA: modo uiuēdi: & re: atq; actione ipsa: quae in hac scientia finis est: non ipsa cognitio. FACTIS: operibus: & exemplis. MORIBVS: amicabili conuictu: & humanitate in amicos: atq; caritate. QVOD: esse amicum: & uerbo: & factis: atq; morali usu: experientiaq;. REpetitis: reuolutis: renarratis priscorum monimētis. PRofectus: incipiēs: theseus & pirithous: damō & pythias: orestes & pylades. ANGVSTA: modica: CONSPIRATIONE: unanimitate: CONSENTIENTES: concinentes: concordes. GREGES: cetus: cateruas. AD REM: ad propositam explicationem de amicitia. MODIS: uiis: rationibus: formulis. PER SE IPSAS: per propriam earum naturam: quoniam nostrae uoluptates nos magis tangunt: quā amicorum: quas quasi quodam interuallo interiecto uidemus. TAM EXPETENDAS: optandas: ac per hoc bonas: & iucūdas nobis. QVO LOCO: parte: & sententia. VACILLARE: nutare: claudicare. TVENTVR: defendunt. EXPEDIVNT: liberant obiectiōe: atq; calumnia. VT enī: comparatione uirtutum ad uoluptatem tendentium probabant amicitiam: quae uirtus est: aut sine uirtute esse nō posse: propter uoluptatem esse expetēdam. SOLITVDO: uita solitaria: & quasi deserta. RATIO ipsa: cōsiliū sibi prospiciens: & prudentia uiuendi: ars & magistra. PORTIS: cōparatis. CONfirmatur: roboratur: paratur.

Expedire quid.

Amicitia uirt⁹ est.

PAriendarum:

PARIENdarum: gignendarum: & futurarum. ATq; ut odia: probat a contrario. ODIA: inimicitiæ. INuidiæ: liuores ex alieno bono nascentes. DEspicationes: contemptus a despicor & contumeliæ atq; neglectus & abalienationes. FAVtrices: certissimæ adiutrices: fidi proprie dicuntur in maximis: fideles in minoribus negociis: & fidus est amicus: fidelis seruus. SPE eriguntur: attolluntur & quasi lætantur expectatione futurarum uoluptatum erigimur spe: deprimimur & contrahimur metu. POsteri: futuri. TVeri: conseruare. EQue: pariter. AC: sicut. AFfectus: dispositus. EAdem scientia: cognitio: & iudicium de rebus uoluptatem comparantibus molestiasq; repellentibus: dicuntur hæc ab epicuro in ratis illis sententiis: quas cyrias doxas appellauit quasi autenticas: & maxime ueras: atq; firmas. COnfirmauit: stabiliuit: & pacauit: tranquillū ꝑreddidit. SEmpiternum: perpetuum: sempiterna proprie illa dicuntur quæ principium quidem habent: sed nullum finem. DIVturnum: longum. PErspexit: cognouit: iudicauit: statuit: decreuit. PREsidium: munimentum: & auxilium. SVNT autem quidam: hic est secundus modus epicureæ disputationis de amicitia. VEstra cōuicia: academica maledicta: & calumniosas contumelias. QVasi claudicare: uacillare: ac infirmani esse. COngressus: conuentus: conuersationes. COpulationes: coniunctiones: adhæsiones. COnsuetudinum: conuersationum: INstituendarum: incohandarum: amicitiaꝝ: instituere idem est quod inchoare: unde institutio signi: picturæ: ac similium. VSVS progressus: cōuersatio longior. FAmiliaritatem: artam amicitiam: & coniunctionem. EFflorescere: existere: apparere ut flores fructum repromittētes. ET enim: idest certe: probat quod intendit a similibus: & collatione rerum & studiorum: quæ ipso usu amātur: etiam si nulla uoluptas tandem in his esset: aut solida utilitas. LOCA: situs & qualitates locorum. FANA: templa in quibus religionis gratia uersamur. GYMnasia: loca exercendis corporibus: & ingeniis comparata. SI campum: amplam planitiem dicatam marti idest bellicis meditationibus: unde campus martius dictus: & arma campestria: omnes denique areæ amplæ atq; plateæ campi dicūtur. LVDICRA EXERCENDI: quoscunque ludos exercendis corporibꝰ aptos. VENANDI CONSVETVDINES: uenatorias exercitationes: idem ait in officiis: suppeditat autē campus noster: & studia uenandi honesta exempla ludendi. ADAMAre: affectuose diligere. CONSVETVDINE: cōuersatione. FACILIVS: commodius. IVSTIus: rationabilius: quoniam homo dignior est cæteris amabilibus: & præstantior: idcirco iustius in caritate præponitur. SVNT AVTEM QVI DICVNT: hic est tertius modus disputandi de amicitia. FEDVS; pactum: conuentum: legem. SAPIENTVM: perfectorum hominum. PERSPICVVM: euidens: & manifestū. CONIVNCTIONE: federatiōe: & amicitia. APTIVS: accommodatius. RATIONEM: naturam: proprietatem. SINE HOC: cōstitutione summi boni in uoluptate. INSTITVTIONEM: principium: inchoationem: quoniam inquit uoluptas est causa conciliationis & amicitiæ. QVA propter concludit per anacephaleosim: idest recapitulationem ac breuem repetitionem: siue enumerationem ea quæ dicta sunt uerissima esse: perorat q; in preconia tantarum rerum inuentoris epicuri torquatus. HAVSTA: accepta. EFONTE: sententia: & præscripto naturæ: cui conuenire debet & concinere quicquid loquimur & agimus. FIDEM: ueritatem & certitudinem. INTegris: sinceris: & nō ɔtamiatis. PRosperū: utile: salutare: iucūdū: delectabile cōtinētēq; felicitatē ipsam. ASperum: inutile: noxiū: iniucundū atq; infelix.

Fidi q̄ dicantur.

Instituere qd sit.

pariendarum uoluptatum seiungi non potest. Atq; ut odia, inuidiæ, despicationes aduersantur uoluptatibus, sic amicitiæ non modo fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt uoluptatum tam amicis q̃ sibi. Quibus non solum præsentibus fruuntur, sed etiam spe eriguntur consequentis, ac posteri temporis. Quod quia nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem uitæ tenere possumꝰ, neq; uero ipsam amicitiam tueri, nisi æque amicos, & nos ipsos diligamus. Iccirco & hoc ipsum efficitur in amicitia, & amicitia cum uoluptate connectitur. Nam & lætamur amicorum lætitia æque ac nostra, & pariter dolemus angoribus. Quocirca eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum, quosq; labores propter suam uoluptatem susceperit, eosdē suscipiet propter amici uoluptatem. Quæq; de uirtutibus dicta sunt, quemadmodum hæ semper uoluptatibus inhærent, eadem de amicitia dicenda sunt. Præclare enim epicurus his pene uerbis. Eadem inquit scientia confirmauit animum, ne quod aut sempiternum, aut diuturnum timeret malum, quæ perspexit in hoc ipso uitæ spatio, amicitiæ præsidium esse firmissimum. Sunt autem quidam epicurei timidiores paulo contra uestra conuitia, sed tamen satis acuti, qui uerentur, ne si amicitiam propter nostram uoluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur. Itaq; primos congressus, copulationesq; cōsuetudinum instituendarum amicitiarū fieri propter uoluptatem. Cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum, ut etiam, si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. Etenim si loca, si phana, si urbes, si gymnasia, si campum, si canes, si equos, si ludicra exercendi, aut uenandi consuetudinem adamare solemus, quanto id in hominum consuetudine facilius fieri poterit, & iustius? Sunt autem qui dicunt, fœdus quoddam esse sapiētum, ut ne minus amicos quidem, q̃ se ipsos diligant. Quod & fieri posse intelligimus, & sæpe enim uidemus, & perspicuum est, nihil ad iucunde uiuendum reperiri posse, quod coniūctione tali sit aptius. Quibus ex oībus iudicari potest, non modo nō impediri ratioē amicitiæ, si summū bonū ī uoluptate ponat, sed sine hoc institutionē amicitiæ oīno nō posse reperiri. Quapropter si ea, q̃ dixi sole ipso illustriora, & clariora sunt, si oīa dixi hausta e fonte naturæ, si tota orō nostra oēm sibi fidē sensibꝰ cōfirmat, idest incorruptis, atq; integris testibꝰ, si infantes, pueri, mutæ etiā bestiæ pene loquunt, magistra ac duce natura, nihil esse ꝓsperū, nisi uoluptatē, nihil asperū, nisi dolorē, de qbus

NEQ VE Deprauatæ: idest incorruptæ: quoniam mutæ bestiæ non possunt opinionibus deprauari: & sic in ipsis ex epicuri sententia esse uidetur quasi speculum naturæ: sed hoc a cicerone confutabit. COrruptæ: non seducte pecuniis: & similibus: ut testes corrumpuntur in ciuilib⁹ causis: & iudiciis. EXaudita: idest ea certitudine: quam uox naturæ dare potuisset: si loqueret. HEC: quæ dicta sunt: & conclusa de epicuri decreto: atq; sententia. FIRme: stabiliter: ut conuelli non possint. GRAuiter: sententiose: honeste: seuere. BEne sanos: prudentes: & artem uitæ callētes. DEduceret: comitaretur: & quasi manu duceret. INuiam: modum: rationem: & normam. PLAcatæ: mitis: ppitiæ. TRANQ Villæ: sedatæ: imperturbatæ. Q Vietæ: ociosæ: iucundæ. BEatæ: sufficientissimæ: ac p hoc iucundissimæ: felicissimæq;. Q VI: epicurus: & sic respōdet torquatus postremis tullii uerbis: dixerat enim: uellem fuisse epicurū doctrinis instructiorem. ERVditus: expolitus liberalibus disciplinis. ERVditionem: expolitionem ingeniorum: & elegātem doctrinam. DVXIT: existimauit: putauit: statuit: censuit. DIsciplinā: artem: uiam: regulam. SOlida: firma: grauis: uera: & sic concludere nititur torquatus inania esse atq; superflua: quæcunque epicurus omiserit: aut neglexerit: scientia mathematica quatuor habet partes: geometriam: arithmeticam: musicam: & astronomiam: plato in. vii. de re. pu. sic ait: scim⁹ quin etiam ad omnis disciplinas facilius perdiscēdas interesse omnino: attigerit ne geometriā aliquis an non. NVmeris: numerorum sciētia: quæ arithmetica dicitur a græcis. COntereret: usque ad ultimam lassationem elaboraret. A FALsis initiis: principiis nō ueris: ita enim uidebatur epicuro: qui omne iudicium tribuit sensibus: plato autem rationi: unde in lucullo dicit idem tullius: plato iudiciū omne ueritatis: ueritatemq; ipsam abductam ab opinionibus & sensibus cogitationis ipsius & mentis esse uoluit. PROfecta: orta. PERsequeretur: persequi deberet: & consectari? quasi dicat nō: quoniam saperet imprudentiam. VIuendi artem: uiam: modum: rationem. TANtam: tam magnam: & in primis necessariā. OPErosam: operæ: atq; industriæ plenam: idest actuosam: & rebus agendis incumbentem: & multam operam: atq; sollertiam requirentem. ET perinde: ita sic tantum. EO consilio: mentis proposito. COgnoscerem: perciperem: intelligerē. Q VE facultas: possibilitas: oportunitas: occasio. ARbitratu: iudicio: & uoluntate.

Scientia mathematica quot partes habeat.

neq; deprauatæ iudicant, neq; corruptæ, nonne ei maximam gratiā habere debemus, qui hæc exaudita quasi uoce naturæ, sic eam firme, grauiterq; comprehenderit, ut omnes bene sanos in uiam placatæ, tranquillæ, quietæ, beatæq; uitæ deduceret? Qui ꝙ tibi parum uidetur eruditus, ea causa est, ꝙ nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ uitæ disciplinā iuuaret. An ille tempus aut in poetis euoluendis (ut ego & triarius te hortatore facimus) consumeret? In quibus nulla solida utilitas, omnisq; puerilis delectatio, aut se ut Plato in musicis, geometria, numeris, astris contereret? Quæ & a falsis initiis profecta, uera esse nōn possunt, & si essent uera, nihil afferrēt, quo iucundius, idest quo melius uiueremus. Eas ergo artes persequeretur, uiuēdi artem tantam tamq; operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Nō ergo epicurus ineruditus, sed indocti qui quæ pueros nō didicisse turpe est, ea putant usq; ad senectutem esse discenda. Quæ cum dixisset, explicaui inquit sententiam meam, & eo quidem consilio, tuum iudicium ut cognoscerē. Quæ mihi facultas, ut ea meo arbitratu facerem, ante hoc tempus, nunq̄ est data.

M.T.C. DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM LIBER SECVNDVS.



Ic cum uterq; me intueretur seseq; ad audiendum significarent paratos, primum inq̄ deprecor, ne me tamq̄ philosophum puteris scholam uobis aliquam explicaturum. Quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere unq̄ probaui. Quādo enim socrates, qui parens philosophiæ iure dici potest, tale quicq̄ fecit? Eorum erat iste mos, qui tūc sophistæ nominabantur, quorum e numero primus est ausus leontinus gorgias in cōuentu poscere questionem, idest iubere dicere, qua de re quis uellet audire. Audax negocium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum

LIBER SECVNDVS.

PETRI MARSI RECOGNITIO: ET ENARRATIO SECVNDI LIBRI CICERONIS DE FINIBVS BONORVM ATQVE MALORVM.



IC CVM: hoc quasi uestibulo futuræ confutationis arrogantiā sophistarum notat cicero qui ad omnem questionem subitaria quadam dictione se responsuros profitebantur: constituitq; tandem aptissimū disserendi modum: epicuri hallucinationes circa diuisiones: & definitiones ostendit: nec non prauam constitutionē finis deridet: & beluarum non hominum esse decretum demonstrat. HIC: tunc. DEprecor: oro in primis. TANq̄ philosophum: professorem aliquem sapientiæ: atq; ostentatorem. SCHOlam: ociosam: atq; umbratilem quæstionem: & disceptationem: schola græce: dicitur latine ocium: cessatio: & explicatio questionū: unde tusculanas enodationes grauium rerum: & cognitu dignissimarum scholas appellauit idem cicero. EXplicaturum: declaraturum philosophico ritu. PArens: genitor: & repertor: quoniam primus ethicen celebrauit: e cuius uariis enarrationibus tanq̄ ex uberrimo fonte familiæ philosophorum: & riuuli omnes emanarunt. SOPhistæ: idest uitæ ac linguæ magistri: sophistę inquit idem cicero in lucullo appellati sunt: qui ostentationis & questus gratia philosophabantur. LEontinus: siculus leontii urbs siciliæ patria huius gorgiæ: quem doctorem habuit isocrates. COnuētu: cetu hominum: & corona. Q VEstionem: dubitabilem propositionem: & interogationem: quæstio dicit alibi cicero: est appetitio cognitionis: questionisq; finis inuētio. IVBERE: rogare: hortari: & quasi p: æcipere. AVDAX: nimis animosum: & arrogans. IMPVdens: inuerecundū: ac per hoc nota uel maxima dignum. INSTitutum: mos & ordo

Schola quid.

quaerendi;

querendi:& disputãdi. NOstros:academicos: ILlum:gorgiam deridet socrates apud platonem in eo dialogo : qui gorgias de arte oratoria inscribitur. LVsos:derisos. PERcontando:explorando:tentando:inquirendo. ELIcere: extrahere:euocare:educere:inde elices dicuntur sulci:quib⁹ aqua ex agris educitur. ARcesilas:fuit pritanæus me Arcesilas q fuerit.
diæ autor academiæ:primus inquit laertius in utranque disserere partem aggressus est:idq; orationis genus:quod plato tradiderat:per interrogationem:ac responsionem ex umbra in certamen:& puluerem primus eduxit. Arcesilæ lacydes cyrenæus successit:qui nouç academiæ auspicium dedit. REuocauit:renouauit. INstituitq;:ordinauit: atq; decreuit. DE SE:a se arcesila:ita loquimur: quero de te:ex te:& a te. QVid sentirent : quam opinionem haberent:& sententiam. ILle:arcesilas contradicebat. QVoad poterant:pro ingenii uiribus. PERpetua:continenti:fusa:& cõtinua. DICant sibi uideri:idest qui proponunt aliquid tale. CONtraria:oppositas rationes. COmmodius:aptius:& utilius. SED cur:idest rationem attulit:quare sic opinaret:& teneret. INSIStas: immoreris. ABNuat:neget:ac recuset. AD exitum:finem:& conclusionem questionis : ut ueritas appareat:cuius gratia dissentur. QVAsi torrẽs:idest præceps:& impetuosa : ut uis aquæ currentis. RApiat:secum uehat:copiosa ꝑ sit. NIhil apprehẽdas:percipias : perfecteq; intelligas. RApidam:currentem: præcipitem. COerceas:restringas:reprimas:concludas:& termines. OMnis autem in querendo:constituit cicero uerum:ac necessarium disputationis principium : diuisionem scilicet rerum:quæ queruntur:& definitionem:quç genere constat:& differentiis:& uim omnem aperit rei definitæ:quæ cum sua definitione cõuertitur:qua propter aristoteles primo moralium dicit. Adhibenda est diligentia:ut singula bene determinantur:nam magnam ad ea : quæ sequuntur: afferunt opem:principium enim plusq̃ dimidium totius est:& cõplura per ipsum manifesta fieri solent. IN quærẽdo:inuestigando: & disputando. VIA Quadam:certo modo:regula:& formula: ordine:methodos dicitur a græcis. RATIone: arte ac recta norma differendi. PRæscribere: ante designare:idest determinare:definire:legẽ dare:ac regulam. QVibusdam formulis: ueris modis:& artificiis:idest:ut disputatio procedat ordine:ac recta uia : ut omnis uitetur confusio : & aberratio. COnueniat:consensus sit : & concordia. IN PHædro:dialogo:qui phædrus de pulchro : & amore inscribitur : uerba platonis hæc sunt:siquis duarum specierum uim arte comprehenderit:opus nõ ingratum fuerit consequutus: ut in unam ideam conspiciens passim dispersa cõducat:quo singula definiens manifestum semper reddat id:de quo agitur:ut nos in ꝑsentia : quid amor sit: definiuimus:seu bene:seu male id factũ sit:certe hinc disputatio nostra clara fuit:hæc plato:aristoteles libro. x. historiæ animalium sic scribit : causa uero q̃obrem antiquiores illi autores non adhunc uenerint modum : ꝙ quid res esset: atq; substantiæ definitionem ipsam explicare haudquaquam solebãt : sed democritus hac attigit primus:socratis uero temporibus usus quidẽ definiẽdi increuit:sed indagatio rerum naturalium desiit. Nam omne philosophandi studium ad utilem uirtutem:ciuilemq; usum traslatũ est. SENsit:cognouit:iudicauit. OPORTere: necessariũ esse ad indagandam ueritatem : tollẽdamq; ambiguitatem omnem:& equiuocationem. QVod proximum : adnexum descriptioni : & diuisioni : quæ definitionem præcedit:nõ potest inquit esse interdum talis conuentio:nisi per definitionem:& ob id necessaria est in primis. DEFINIRI:determinari:& declarari per propriam definitionem. AMBIGVNT:dubitãt:& æquiuocatione laborant:atq; ambiguo : siue ancipiti. QVALE:cuius naturæ:conditionis:& fortis. CONTVlerimus:communicauerimus:& hinc:atq; inde aperuerimus. AT qui:certe. PAtefactio:referatio:& manifestatio. QVAsi rerum opertarum:absconditarum:& obductarum:ut inquit res opertæ dicuntur patefieri: sic res aperiri per suã determinationem. QVID sit:quam habeat substantiam:uim:naturam:proprietatem. IMprudens:non animaduertens.

ad philosophos nostros esset. Sed & illum, quem nominaui, & cæteros sophistas, ut e Platone intelligi potest, lusos uidemus a socrate. IS enim percontando, atq; interrogando elicere solebat eorum opiniones, quibus cum disserebat, ut ad hæc, quæ hi respõdissent, si quid uideretur, diceret. Qui mos cum posterioribus non esset retẽtus, Arcesilas eum reuocauit, instituitq;, ut hi q se audire uellent, nõ de se quærerent, sed ipsi dicerent, quid sentirent. Quod cum dixissent, ille cõtra, sed qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Apud cæteros autem philosophos, qui quæsiuit aliquid, tacet. Quod quidem iam fit etiã in accademia, ubi enim is qui audire uult, ita dixit, uoluptas mihi uidetur esse summum bonum, perpetua oratiõe contra disputatur, ut facile intelligi possit, eos qui aliquid sibi uideri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire uelle contraria. Nos commodius agimus. Non enim solum torquat⁹ dixit, quid sentiret, sed etiam cur. Ego autem arbitror, q̃q̃ admodum delectatus sum eius oratione perpetua, tamen commodius cum in rebus singulis insistas, & intelligas quid quisq; concedat, quid abnuat, ex rebus concessis concludi quid uelis, & ad exitum perueniri. Cum enim fertur quasi torrens oratio, quis multa cuiusq; modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusq̃ orationem rapidam coerceas. Omnis autem in quærendo quæ uia quadam, & ratione habetur oratio, præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur, ut inter quos disseritur, conueniat, quid sit id, de quo disseratur. Hoc positum in Phedro a Platone probauit epicurus, sensitq; in omni disputatione id fieri oportere, sed quod proximũ fuit, nõ uidit. Negat enĩ definiri rem placere, sine quo fieri interdũ nõ põt, ut inter eos, q ambigunt, cõueniat, quid sit id, de quo agaẗ, uelut in hoc ipso, de quo nunc disputamus. Quærimus enim finem bonorũ possumus ne scire hoc quale sit, nisi cõtulerimus inter nos cum finẽ bonoꝝ dixerimus, quid finis, quid etiam sit ipsum bonum? Atqui hæc patefactio quasi rerum opertarũ, cũ quid quodq; sit aperitur, definitio est, qua tu etiã imprudẽs utebare nõnunq̃. Nã hũc ipsum, siue finẽ, siue extremũ, siue ultimum definiebas id esse, quo oĩa, quæ recte fierent, referrenẗ, neq; id ipsum usq̃

Methodos quid sit.

REferrentur:reducerentur:& eo tenderent gra-
tia ꝓ illius fierent. VSq̃:aliquo:quoniam finis ul
timus non refertur aliquo: nõ enim esset ultimus
finis si alius ultra poneretur. PREclare: bene ac
recte. NAtura appetendum:desiderandum pro-
pria ui ac dote:quapropter inquit aristoteles be-
ne ueteres bonũ ipsum id esse dixerunt quod om
nia appetunt. NATVra:naturali:& sua dote ac
qualitate:ut honestum dicimus natura laudabi
le. PRO)desset:utilitatem in se haberet aut. IV-
uaret:delectaret. AVT liberet:placeret. VElim
definias:determines & patefacias uim uolupta-
tis:ut nulla sit inter nos ambiguitas:ordo est mo
do idem uelim definias. QVEstio:inquisitio:&
disputatio. INquit:torquatus non est opus defi-
nitiõe cum res manifestissima sit. QVO:ut. ID:
quid sit uoluptas:eiusq; ratio & ꝓprietas. CON
ceptam:imaginatam & effigiatam ita dixerim.
COMprehensam:perceptam & expressam. NV-
tare:uacillare:fluctuare errare. EXprimi: aperiri:
patefieri. QVE uis:significatio:efficientia:pro-
prietas. QVID sit:quae eius substantia:& essen
tia. QVALE sit:quales habeat proprietates:&
accidentia. AT qui:certe. SEntiunt:putant: iu-
dicant:statuunt. PER funditur:quasi irrigatur:
atq; repletur. TEstificetur:asserat:affirmet ut te
Testificari qd sit. stis:testificari est testimonium facere. Laertius a-
gens de dogmate epicuri dicit. In libro quoque
de finibus sic loquitur. Equidem nihil habeo qđ
bonum intelligam si saporũ uoluptates: & quae
ex uenereis constant: & quae auribus percipiun-
tur:quaeque ex formae uenustate blandiũtur ocu
lis auferã. OBscena:uenerea & ꝓbrosa. QVem-
admodũ:qua ratione:& quare. QVin:q̃. PRo
Metrodorus q fuerit. fiteri:nominare: & arroganter appellare. MEtro
dorum:epicuri socium:& sectatorem:fuit autem
lampsacenus metrodorꝰ:& multa scripsit auto-
re laertio. SVFfragio:uoce:fauore:sententia: au
xilio. HOC loco:parte qua de finibus agit bono
rum atq; malorum. SVmo:accipio:teneo:intelli
go uerbis. HIS: quibus mẽtem suam aperuit de
bono:& uoluptate. EANdẽ uim:significationẽ:
& proprietatẽ. HIArent:aperirent̃ & dilatarent̃:
idest oblectarent̃:oppositum efficit asper motꝰ.i.
amaritudo & dolor:qui sensum cõtrahit:& con-
tristat:unde pecuniis inhiare est illas cupidissime
appetere:& sic de reliquis:quibus inhiat huma-
na cupiditas. HEdone graece dicitur uoluptas la
tine:plato in cratylo sic ait:hedone idest uolup-
tas actiõis illius nomen est:quae ad onesim idest
utilitatem:emolumentumq; tendit. D.uero ad-
ditum facit ut pro eo quod est onesis hedone pro
feratur. QVam quo:ut. TEnes:habes: ꝑcipis:
intelligis: demonstrare uult cicero non debuisse
epicurum appellare uoluptatem id:in quo finem
bonorum statuebat:sed indolentiam ut fecit hie
ronymus rhodius. PROpter se:sed ob aliud:qđ
ex uoluptate prouenit & nascitur ut est conserua
tio indiuidui per uoluptates cibi & potionis: &
speciei continuatio per uoluptatem coitus:igitur
cum nõ appetatur propter se: non potest esse sum
mum bonum:unde regula est aristotelis propter
quod unum quodque tale & illud magis. CEN
set: iudicat. ALIVD: diuersum: atq; dissimile.
GAVDERE:in uoluptate esse. FINIS:ultimꝰ
terminus & cumulus uoluptatis est ablatio dolo
ris:idest indolentia. QVAM uim: significatio-
nem & naturam. VIDero:considerauero:& de-
monstrauero. VALDE pertinax:capitosus:etiã

referretur. Praeclare hoc quidem. Bonum ipsum etiam
quid esset, fortasse si opus fuisset, definisses, aut quod es
set natura appetendum, aut quod prodesset, aut quod
iuuaret, aut quot liberet. Modo idem nisi molestũ est,
quoniam tibi non omnino displicet definire, & id fa-
cis cum uis, uelim definias quid sit, de quo haec omnis
quaestio est. Quasi quis inquit est, qui quid sit uoluptas
nesciat, aut qui (quo magis id intelligat) definitionem
aliquam desideret? Me ipsum esse dicerem inquam,
nisi mihi uiderer habere bene cognitam uoluptatem,
& satis firme conceptam animo atq; comprehensam.
Nunc autem dico ipsum epicurũ nescire, & in eo nu-
tare, eumq; qui crebro dicat, diligenter oportere expri
mi, quae uis subiecta sit uocibus, non intelligere inter-
dum, quid sonet haec uox uoluptatis, idest quae uis huic
uoci subiiciatur. Tum ille ridens, hoc uero inquit opti
mum, ut is qui finem rerum expetendarum uoluptatẽ
esse dicat, id extremum, id ultimum bonorũ, id ipsum
quid sit, quale sit nesciat. Atqui inq̃ aut epicurus quid
sit uoluptas, aut omnes mortales qui ubiq; sunt, nesci-
unt. Quonam inquit modo? Quia uoluptatem hanc es
se sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur, &
iucunditate quadam perfunditur. Quid ergo inquit i-
stam uoluptatem epicurus ignorat? Non semper inq̃.
Nam interdum nimis etiam nouit. Quippe qui testifi-
cetur, ne intelligere quidem posse ubi sit, aut quod sit
ullum bonum, praeter illud quod cibo, & potione, &
aurium delectatione, & obscaena uoluptate capiatur.
An haec ab eo non dicuntur? Quasi me pudeat inquit
istorum, aut non possim quemadmodum ea dicantur
ostendere? Ego uero nõ dubito inq̃ quin facile possis,
nec est quod te pudeat sapienti assentiri qui se unus (ꝙ
sciam) sapientem profiteri sit ausus. Nam metrodorũ
non putant ipsum professum, sed cum appellaretur ab
epicuro, repudiare tantũ beneficium noluisse. Septem
autem illi non suo sed populorum suffragio omnium
nominati sunt. Verum hoc loco sumo uerbis his, ean-
dem certe uim uoluptatis epicurum nosse quam caete-
ros. Omnes enim iucundum motum, quo sensus hia-
rent, graece hedonem, latine uoluptatem uocant. Quid
est igitur inquit quod requiras? Dicam inq̃, & quidem
discendi causa magis, q̃ quo te, aut epicurum reprahẽ-
sum uelim. Ego quoq; inquit didicerim libentius, si
quid attuleris, q̃ rem reprahenderim. Tenes ne igitur
inq̃ Hieronymus rhodius, quod dicat esse summum
bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo in-
quit, finem illi uideri nihil dolere. Quid idẽ iste de uo-
luptate, quid sentit? Negat esse eam inquit per se ip-
sam expetẽdam. Aliud igitur esse censet gaudere, aliud
non dolere. Et quidem inquit uehementer errat. Nam
ut paulo ante docui, augendae uoluptatis finis est dolo-
ris omnis amotio. Cum non dolere inq̃ istud, quã uim
habeat postea uidero, aliam uero uim uoluptatis esse,
aliam nihil dolendi, nisi ualde pertinax fueris, cõcedas

propositi

propositi tenax. REPERIES PERTINACEM: seruat decorum cicero obstinati epicuræi. EST NE QVESO: socratico more quærit de torquato: quid de singulis sentiat: ut ex ipsius responsione cõcludat quod intendit. IN BIBENDO: in ipso actu potandi. EADEM NE: scilicet uoluptas est. RESTINCTA SITI: sedata: & amota per ipsam potionem. IMMO ALIO GENERE INQVIT: est inquit torquatus restincta siti: non eadem uoluptas: mobilis uidelicet: sed alterius generis: idest qualitatis: atq; naturæ: appellaturq; uoluptas stabilis: ergo inquit cicero res diuersas eodem nomine appellas: quod æquiuocationem sapit: atq; confusionem: æquiuoca dicũtur a dialecticis: quæ unum quidem habent nomen: sed substantiæ diuersam rationem: atq; naturam. Equoca q̃ dicant.

necesse est. Atqui reperies inquit in hoc quidem pertinacem, dici enim nihil potest uerius. Est ne quæso inquam sitienti in bibendo uoluptas? Quis istud inquit posset negare? Eadem ne inq̃ restincta siti? Immo alio genere inquit, nam restincta sitis stabilitatem uoluptatis habet, illa autem uoluptas ipsius restinctionis in motu est. Cur igitur inq̃ res tam dissimiles eodem nomine appellas? Quid paulo ante inquit dixerim nonne meministi? cum omnis dolor detractus esset uariari, non augeri uoluptatem? Memini uero inq̃, sed tu istud dixisti bene latine parum plane, uarietas enim latinum uerbũ est, idq; proprie quidem in disparibus coloribus dicit̃, sed transfertur in multa disparia, uarium poema, uariã oratio, uarii mores, uaria fortuna, uoluptas etiam uaria dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus dissimiliter efficientibus uoluptates. Eam si uarietatem diceres, intelligerem, ut etiam (non dicente te) intelligo. Ista uarietas quæ sit, non satis perspicio, q̃ ais cum dolore careamus, tum in summa uoluptate nos esse, cũ autem uescamur his rebus, quæ dulcem motũ afferunt sensibus, tum esse in motu uoluptatem, quæ faciat uarietatem uoluptatum, sed non augeri illam non dolendi uoluptatem, quam cur uoluptatem appelles, nescio. An potest ille inquit quicq̃ esse suauius q̃ nihil dolere? Immo sit sane, nihil melius inq̃ (nondum enim id quæro) num prope idem uoluptas est, quod (ut ita dicam) indolẽtia? Plane idem inquit, & maxima quidem, qua fieri nulla maior potest. Quid dubitas igit̃ inq̃ summo bono a te ita constituto, ut id totum in nõ dolendo sit, id tenere unum, id tueri, id defendere? Quid enim necesse est tanq̃ meretricem in matronarum cætum, sic uoluptatem in uirtutum concilium adducere? Sed forte dictus inuidiosum nomẽ est, & infamiæ subiectum. Itaq; hoc frequenter dici solet a uobis, non intelligere nos, quam dicat epicurus uoluptatem. Quod quidem mihi, si quando dictum est, (est autem dictum non parum sæpe) & si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Ego ne nõ intelligo quid sit hedone græce, latine uoluptas? Vtram tãdem linguam nescio? Deinde qui fit, ut ego nesciam, sciãt omnes qui cunq; epicurei esse uoluerunt? Quod uestri quidem uel optime disputãt, nihil opus esse eum, qui philosophus futurus sit, scire litteras. Itaq; ut maiores nostri ab aratro abduxerunt cincinatum illum, ut dictator esset, sic uos de pelagis omnibus colligitis, bonos illos quidem uiros, sed certe non pereruditos. Ergo illi intelligunt, quid epicurus dicat, ego non intelligo? Vt scias me intelligere, primum id esse dico uoluptatem, quod ille

IPSIVS RESTINCTIONIS: dum sitis potu restinguitur: dicitur mobilis uoluptas. DISSIMILES: diuersas: & non eiusdem generis: atq; naturæ. VARIARI: e uariis rebus percipi. NON AVGERI: non fieri maiorem: uerba epicuri hæc sunt apud laertium: non crescit in carne uoluptas: cum semel quod per indigẽtiam dolebat: ablatum est: sed solũ uariatur. BENE LATINE: eleganter: & apte. PARVM PLANE: idest non aperte: sed subobscure: plane dicere est aperte: ac intelligenter loqui: & planissime apertissime: gellius lib. x. ait pluribus uerbis obscurissime dixi: quod a græcis uno uerbo planissime dicitur. DISPARIBVS: diuersis: & dissimilib⁹: TRANSFERTVR: transponit̃ in ea omnia: quæ inter se habent qualemcunque dissimilitudinem. VARIVM POEMA: quod multiplex est: multa q; cõplectitur. VARIA ORATIO: multa & disparia complectens. VARII MORES: multiplices: & dissimiles. VARIA FORTVNA: dispar status: atq; conditio rerum: quæ in manu fortunæ collocant̃. DISSIMILIBVS: diuersissimis. DISSIMILITER: diuersimode. EAM: talem. NON AVGERI: non fieri maiorem eam uoluptatem: quæ consistit in indolentia. CVR APPELLES: quoniam hæc appellatio illi non conuenit: nam talis dispositio non uoluptas: sed indolentia proprie dicitur. SVAVIVS: iucũdius. MELIVS: optabilius. ID: an sit iucundius: & melius. NVM: an. PROPE: quasi hoc quærimus inquit: an idem sit esse in uoluptate: & esse in indolentia: ego autem ostendam non esse idẽ: sed aliud: atq; diuersum. VT ITA DICAM: ut sic nouo nomine appellem: nam cicero primus dixit indolentiam uacuitatem doloris: quam græci analgisiam uocãt. PLANE: omnino: certe: uere. IDEM: eiusdem generis: ac naturæ. ID VNVM TENERE: solum amplecti. ID TVERI: custodire. DEFENDERE: propugnare: ac obnixe amplecti. CONCILIVM: cætum. INVIDIOSVM: odiosum. INFAMIE: dedecori: & uituperationi. SVBIECTVM: suppositum: obnoxium. CLEMENS: mansuetus: clemens dicitur qui nõ irascitur. SVBIRASCI: parumper turbari. VTRAM: græcam: an latinam: quasi dicat utranque calleo. VEL OPTIME: idest simplicissime: optimos appellat epicureos ubique cicero: idest simplicissimos: & rudes penitus. PHILOSOPHVS: naturæ interpres: & uitæ degendæ magister. SCIRE LITTERAS: habere litterarum cognitionem: idest grãmatices: quæ litteraria: siue litteratrix dici potest: latine epicurus: autore laertio in epistola ad pythoclem dixit: omnẽ disciplinã o fortunate fuge. AB aratro: liuius. li. iii. primæ decadis inquit: L. Q. cincinnatus trãs tyberim cõtra eũ ipsum locũ: ubi nũc naualia sunt: quatuor iugerũ colebat agrũ: q̃ prata qntia uocant̃: dictatorẽ eũ gratulãtes cõsalutãt. DE pelagis: colluuionib⁹ hominũ: & cõfusa multitudine: atq; feculenta turba. BONOS: simplices: minime uafros. NON peruditos:

Clemens q̃ dicat̃.

non expoſitos liberalibus diſciplinis: quas ex optimi: ideſt ſimpliciſſimi autoris decreto contemnunt. SEpe quærimus: inopia interdum uocabulorū laborantes omnia luſtramus: ut reperire poſſimus. PAR: æquale: ac ſimilis ſignificationis. SVbiciunt: ſubiectas eſſe affirmant: ideſt duas res ſignificare: lætitiam ſcilicet animi. COmmotionem: ideſt motū & diſcurſum iucundū per ſenſus corporis: aliqui codices habēt. RAtiocinationē: ideſt ſyllogiſmū quendam: ideſt collectionē quandam: & comprehenſionem: ſyllogiſmus græce ratiocinatio dicitur latine. NAM & ille: ponit exemplum illius uoluptatis: quæ animi lætitia dicitur e comedia trabeæ comici poetæ. LEtitiam nimiam: immodicā: & inanem: plenā ſcilicet leuitatis: & incōſtantiæ: in quarto libro tuſculanarum queſtionum dicit idē cicero: cum animus ratione mouet: placide: atq; conſtanter tum illud gaudiū dicitur: cum autē & inaniter: & effuſe animus exultat: tum illa lætitia geſtiens: uel nimia dici poteſt: quam ita ſtoici definiunt; ſine ratione animi elationem. CEcilianus: a cecilio comico induct⁹. SED hoc intereſt: hæc eſt inquit differētia inter has appellationes ꝙ uoluptas nō ponitur in animo: niſi pro affectu uitioſo: & corrupto: gaudiū uero & lætitia nunquā transferuntur ad corpus: ideſt non poſſumus dicere gaudiū: aut letitiā corporis: cū ſint animi tantū. VItioſa: praua: & a ratione auerſa. SVblationē: elationē: inflationem. Sine ratione: temere: imprudēter: leuiter. IN eo: corpore: MOre: uſu: conſuetudine. IVcunditas: delectatio. IVuare: delectare. IN Vtroque: animo: & corpore. IVcundum: oblectās tam animū q̄ corpus. MOdo intelligas: hoc inquit tibi cōtra epicurum eſt intelligēdum eſſe: ſcilicet illud inter hos affectus medium: quod tu negaſti. AVctus: cumulatus: atq; repletus. VT mihi nō conſtem: non conueniā: nō ſim conſentaneus: ſed quaſi extra me poſitus: & nimia lætitia abalienat⁹. ET eum: aliū apud comicū poetā dicentē. MIhi animus ardet: face dolorū cōburiť: & cruciať. ESSE illum mediū: ideſt talē: qualis chremes inducit a terentio in ea comedia: quæ autontimorumenos inſcribitur. Alloquitur menedemū iure uicinitatis: & animo trāquillo monet atq; ſedato: humani a ſe nihil alienum putans. EXpetitis: deſideratis: ac per hoc magnis: & exquiſitis. VIM: ꝓpriā poteſtatē: & ſignificationē. LVculenter: egregie: clare: ſplendide. DE induſtria: dedita opera: certoq; conſilio. HEracletus cognomento ſcotinos: ideſt obſcurus: & tenebroſus: heracletus epheſius librū unum obſcure ſcripſit: in quo de natura: de re publica: & de theologia diſſeruit: quē inquit laertius in templo epheſiæ dianæ depoſuit de induſtria obſcurius ſcriptū: ut ſoli eruditi legerēt illum. PErhibetur: dicitur. MEmorauit: memoriā fecit: narrauit: diſſeruit. IN timeo: dialogo: ī quo diſputans plato de mūdi principio: & natura inſerit mathematica quedā: ideſt arithmeticas ꝓportiones: quæ diuinis accōmodantur: & geometricas: quæ naturalib⁹: timeus locrenſis cū ſocrate diſſerit: iccirco timeus inſcribiť dialogus. PLane: clare. PHyſici: naturæ interpretes: & uenatores. ARtificioſa: difficili: & artē paruā requirēte: atq; ingenii uirib⁹ ratiōe ſubnixis. ILluſtri: clara: manifeſta. PEruulgata: cuique uel imperito nota: uulgoq; obuia: hinc uulgarios libros appellat gelli⁹: qui uulgo habenť: & interpretationē uulgariam. QVid dicat: quæ ſit ei⁹ ſnia. SVO more: ꝓpria dicēdi obſcuritate: cōfuſione: ambiguitate. NOſtrū: uſitatū: & cōem. CENſet: ſtatuit: putat: iudicat. MOleſtia: dolore. INtelligiť: ꝑcipiť ab his: q legūt: & audiūt illi⁹ ūba. SIN putat: ſi opinať ſūmū bonū eē uoluptatē: exꝓmat uoluptatē mobilē: ut liqdo ei⁹ mens itelligať: effugiatq; ābiguitatē: & æquocationē. HAnc dulcē: ſuauē: & ſenſilem. QVid tēdit: nitiť: ꝑgit: laborat. EFficere:

Letitia qd ſit.

Heraclit⁹ q fuerit.

hedonem. Et quidem ſæpe quærimus, uerbum latinū par græco, & quod idem ualeat, hic nihil fuit, quod quæreremus. Nullum inueniri poteſt, quod magis idē declaret latine, quod græce, q̄ declarat uoluptas. Huic uerbo omnes, qui ubiq; ſunt, qui latine ſciunt, duas res ſubiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore. Nam & ille apud trabeam uoluptatem animi lætitiam nimiam dicit eandem, quam ille cecilianus, qui omnib⁹ lætitiis lætum eſſe ſe narrat, Sed hoc intereſt, ꝙ uoluptas dicitur etiam in animo uitioſa res (ut ſtoici putant) qui eam ſic definiunt, ſublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui. Non dicitur lætitia neq; gaudium in corpore. In eo autem uoluptas omnium latine loquentium more ponitur. Cum percipitur ea, quæ ſenſum aliquem moueat iucunditas, hanc quoq; iucunditatem, ſi uis, transfer in animo, iuuare enim in utroq; dicitur ex eoq; iucundum. Modo intelligas inter illum, qui dicat, tanta lætitia auctus ſum, ut mihi non conſtem, & eum qui nunc demum mihi animus ardet, quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur, eſſe illum medium (q̄q̄ hæc inter nos nuper noticia admodum eſt) qui neq; lætetur, neq; angatur. Itemq; inter eum, qui potiatur, expetitis corporis uoluptatibus, & eum qui crucieť ſummis doloribus, eſſe eum, qui utroq; careat. Satis ne igitur uideor uim uerborum tenere? An ſum etiamnum uel græce loqui, uel latine docendus, Et tamen uide, ne ſi ego nō intelligam, quid epicurus loquatur, cum græce, ut uideor luculenter ſciam, ſit aliqua culpa eius, qui ita loquatur, ut non intelligatur, quod duobus modis ſine reprehenſione fit, ſi aut de induſtria facias, ut heracletus qui cognomento ſcotinos perhibetur, quia de natura nimis obſcure memorauit. Aut cum rerum obſcuritas non uerborum facit, ut nō intelligatur oratio, qualis eſt in timæo platonis, epicurus autem, ut opinor nec non uult, ſi poſſit, plane, & aperte loqui, nec de re obſcura, ut phyſici, aut artificioſa, ut mathematici, ſed de illuſtri, & facili etiam in uulgus peruulgata loquiť. quamq̄ non negatis nos intelligere, quid ſit uoluptas, ſed quid ille dicat, e quo efficitur, non ut non intelligamus, quæ ſit uis iſtius uerbi, ſed ut ille ſuo more loquatur, noſtrum negligat. Si enim idem dicat, quod hieronymus, qui cenſet ſummum bonum eſſe ſine ulla moleſtia uiuere, cur mauult dicere uoluptatem q̄ uacuitatem doloris? ut ille facit, qui quid dicat, ītelligit. Sin autem uoluptatem putat, dicat adiungendam illam quæ ſit in motu Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolentis in ſtabilitate. Quid tendit, cū efficere

optinere,

non possit, ut cuiq̃ qui ipse notus sibi sit, hoc est qui suam naturam, sensumq̃ perspexerit, uacuitas doloris, & uoluptas, idem esse uideat. Hoc est uim afferre torquate sensibus, extorquere ex animis cognitiones uerboꝝ quibus imbuti sumus. Quis enim est qui nõ uideat hæc esse in natura rerum tria, unum cum in uoluptate sumus. Alteꝝ cum in dolore. Tertium hoc in quo nunc quidem sumus. Credo quidem nos, nec in dolore, neq̃ in uoluptate, ut in uoluptate sint, qui epulentur. In dolore qui torqueantur. Tu autem inter hæc tantam multitudinem hominum interiectam non uides, nec lætantium, nec dolentium? Non prorsus inquit. Omnemq̃ qui sine dolore sit, in uoluptate, & ea quidem summa esse. Dico ergo in eadem uoluptate eum qui alteri misceat mulsum ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat? Tum ille finem inquit interrogandi si uidetur, ꝙ quidem ego a prĩcipio ita me malle dixeram, hoc ipsum prouidens dialecticas captiones. Rhetorice igitur inq̃ nos mauis q̃ dialectice disputare? Quasi uero inquit perpetua oratio rhetoꝝ solum, non etiam philosophorum sit? Zenonis est inq̃ hoc stoici omnē uim loquendi, ut iam ante aristoteles in duas tributam esse partes dicere. Rhetoricam palmæ, dialecticam pugnis similem dicebat. Quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. Obsequar igitur uoluntati tuæ, dicamq̃ si potero rhetorice. Sed hac rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est (cum populariter loquatur) esse interdum paulo hebetiorem. Sed dum dialecticam torquate contemnit epicurus, quæ una continet omnem, & perspiciendi, quid in quaq̃ re sit, scientiam, & iudicandi quale quidq̃ sit, & ratione ac uia disputandi, ruit in dicendo (ut mihi quidem uidetur) nec ea quæ docet, uult ulla arte distĩgui, ut hæc ipsa, quæ modo loquebamur. Summum a uobis bonum uoluptas dicitur, aperiendum est igitur qd sit uoluptas, aliter enim explicari quod quæritur non potest. Quam si explicauisset, non tam hæsitaret. Aut enim eam uoluptatem tueretur, quam aristippus, idest qua sensus dulciter ac iucunde mouet̃, quam etiam pecudes si loq̃ possent, appellarent uoluptatem, aut si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes danai, aut mycenenses, aut attica pubes, reliquiq̃ græci, qui hoc anapesto citantur, hoc nõ dolere solum uoluptatis nomine appellaret, illud aristippeum contemneret. Aut si utrumq̃ probaret, ut probat, coniungeret doloris uacuitatem cum uoluptate, & duobus ultimis uteretur. Multi enim & magni philosophi hæc ultima bonoꝝ iuncta fecerũt, ut aristoteles qui uirtutis usum, cum uitæ perfectæ prosperitate coniunxit. Callipho adiunxit ad honestatem uoluptatem. Diodorus ad eandē honestatem addidit uacuitatem doloris. Idem fecisset epicurus, si sententiam hanc, quæ nunc hieronymi est, coniunxisset cum aristippi uetere sententia. Illi enĩ inter se dissentiunt, propterea singulis finib⁹ utuntur, &

optinere. SEnsum: sensilem perceptionem: & notitiã. AFferre uim: uiolenter auferre sensib⁹ iudiciũ. EXtorquere: abstrahere. Cognitiones: notiones: & significationes: quas a pueris habuimus. IMbuti: a pueris repleti: & istituti. TOrqueant̃: crucient̃. INteriectã: interpositã. PRorsus: certe: atq̃ oino. MIsceat: propinet dulcē potionē: est autem mulsum melle dilutum uinum: & quasi mutificatũ. CAptiones: sophisticos laqueos: & dolosas questiões. RHetorice: fuse: ac large citra questiones. DIalectice: presse: atq̃ adstricte: interogãdo uidelicet: ac respõdendo: seruatis formulis artis disserendi. PErpetua: cõtinenti: & nõ interpellata q̃stiunculis. OMnē uim: naturã: ꝓprietatē: efficaciã. IAM ante aristoteles: q in principio rhetoricoꝝ ad theodecten dicit: rhetoricen eē antistrephon dialecticæ: idest q̃si ex altera parte respõdere & parē esse: siue tãtũdē posse. Idē cicero dicit in oratore: ante zenonē stoicoꝝ principē aristoteles principio artis rhetoricæ dicit. illã artē q̃si ex altera pte rñdere dialecticæ: ut hoc uidelicet differãt inter se: qđ hæc rõ dicēdi latior sit: illa loquēdi cõtractior. TRibutã: diuisam: ptitã. PAlmæ: palmæ manui: atq̃ diffuse. COmp̃ssius: cõtracti⁹: & restrictius. OBseq̃r: obtēperabo: accedã. FOrẽsi: iudiciali: q̃ in foro utimur: & ppli circũstãtis cetu: & corona. POpulariter: usitate: idest larga utat̃: & uulgaria dictõe: nõ exacta: & artificiosa: popularis orõ dr̃ apta pplõ: & uulgarib⁹ aurib⁹. HEbetiorē: obtusam: crassam: & non subtili disputatione limatã: ut uulgo intelligat̃. QVid sit: q̃ sit eius uis: & ꝓprietas: qa ꝓpriũ dialecticæ est definitione apire id de quo agit̃: q̃litatē q̃ omnē explicare: res in suas ptes ac formas diuidere: nec nõ ambigua distinguere: declarareq̃. RATione: arte. VIA: mõ: formula. RVit: labit̃ in errorē ob ignorationē logices. ARte: ratiõe diuidi: ut ois tollat̃ ambiguitas: pmũ officium dialectici est uidere: quot modis qdque dicatur. EXplicauisset: explanauisset uim ipsius uoluptatis ea orone: q̃ qd sit: de quo agit̃ demõstrat q̃ breuissime: & ideo appellat̃ definitio. NON HEsitaret: ambigue loq̃ret: atq̃ perplexe: monet alibi cicero: i primis noscēdã esse uim: naturã: genera uerboꝝ: & simplicium & copulatoꝝ: eũq̃ ambigue multa dicent̃ quo qdque coꝝ diuidi: explanariq̃ oporteat: explicanda inq̃t est sæpe uerbis mens nr̃a: de quaque re atq̃ inuolutæ rei notitia definiendo apiēda est. SVO more: ꝓprio instituto: & non cõmuni formula loquēdi. DAnai: argiui: pelopõnesiaci: ac p hoc dorici: & mycenarũ incolæ. ATtica pubes: ıtt⁹ atticoꝝ: q purissime loq̃bant̃. HOC Anapesto: idest uolupe: unũ dicit plaut⁹: uolupe est hoc mihi: idest uoluptati: anapestus est dactylo cõtrari⁹. CItantur: mouent̃: & agitant̃. HOC nõ dolere: idest ipsam indolentiã noiaret uoluptatē. ILlud aristippeũ: quod aristippo placuit de uoluptate corpis. VT probat: sicut laudat: & cõfirmat. VLtimis: extremis: & finib⁹. MAgni: docti: nobiles: celebres. VIRtutis usum: actionē ipsam studiosam: felicitas inq̃t in primo moraliũ est actio animi per uirtutē in uita pfecta: uer enim nec una facit hirũdo: nec unus dies: & beatũ hoiem eodem mõ felicem ue nec unus dies: nec breue ullũ efficit tēpus: quid obstat eum felicē dicere: qui per uirtutē operatur perfectã & bonis externis satis abũdat: nõ quouis in tempore: sed in uita perfecta: an est addendum & ita est uicturus: & secundũ rationem moniturus. SINgulis: simplicibus: & nõ coniun

Mulsum quid.

Propriũ dialecticę qd sit.

Anapest⁹ q pes sit.

ctis. INuoluptate: in nomine: ac ui uoluptatis: non ponit uoluptatem pro indolentia: & alter non ponit indolentiā pro uoluptate. STAtuit: ponit: iudicat: decernit. NEq; in expetendis: in numero bonorum: expetendum & bonū idem. HIC: epicurus. VTraque: illa: & hæc: idest uoluptatem: & indolentiam siue in uoluptate esse: & nō dolere. AMbobus: utrisque utendum fuit: distinctis uerbis & appellationibus in constitutione finis. SIcut facit re: materia ipsa: & subiecto: atq; opinione de ipsis rebꝰ: quas retur quidem esse duas: uerum eodem nomine appellat: quod est absurdum: atq; ambiguum: quod ratione: ac uia philosophanti declinandum est in primis. NEq; tamen diuidit uerbis: quoniam uno nomine uoluptatis utranque rem complectitur: & sic confuse loquitur: & ambigue. CVM enim: assueuerat ex uerbis epicuri probasse ipsum utranque rem: sed eodem nomine appellasse: fuisseq; propensiorem ad uoluptatē corporis. EAM Voluptatem: animi delectationem: & indolentiam. EOdem nomine: eadem appellatione: qua mobilis dicitur uoluptas: ideo dixit prius: huic uerbo omnes: qui ubique sunt: qui latine sciunt: duas res subiiciunt lætitiam in animo: commotionem suauem iucunditatis in corpore. AVdet: non erubescit. NE suspicari quidē: ne minimam quidem opinionē habere: atq; imaginationem. BOnum: expetibile. SEiunctum: separatum a uoluptate corporis: in qua summum bonum statuit aristippus. IBI dicit: idest in libro: quem de summo bono scripsit: autore etiam laertio. IN alio libro: qui inscribebatur cyriæ doxæ: idest ratæ opiniones: & ut ita dixerim autenticæ in epicuro dicit laertiꝰ: igitur nunc uerticē appōamꝰ: ut ita dixerim: & scriptorum omnium: & uitæ philosophi ratas ipsius opiniones: adiicientes: hisq; omne hoc opus nostrum cōcludentes: & reliqua. GRauissimis: seuerissimis: & maximæ autoritatis: ut ipse putabat epicurus. ORAcula: numinū quedam responsa. EDIdisse: enuntiasse: publicasse. SApientia: cumulatissimæ doctrinæ: ironice loquitur cicero. QVIS uestrum: epicuri sectatorum. EDIDICit: memoriæ mandauit. CYrooi græce sancio: & ratum facio latine: & cyrios ratꝰ firmus: & magnæ autoritatis: doxa dicitur: opinio: & sententia. GRauissimæ: seuerissimæ: atq; aptissimæ. AD beate: feliciter: atq; sufficientissime. INterpreter: exprimam latine: atq; declarem propriis uerbis. LVxuriosis: pdigis: gulosis: immoderatis: & luxu diffluentibꝰ quos dicunt græci asotos. METV: opinione: quam habent hi: q deum præsidem timent: atq; scelerum uindicem. ET mortis: quam nihil ad nos pertinere hallucinatus est epicurus. DOLoris: asperitatis alicuius sensilis. s. quoniā nullum sensum remanere dixit post mortē: dolorem præterea longum esse leuē: & magnum breuem: hæc erant medicamenta epicuri contra dolores: quæ a cicerone deridentur. QVI fines: idest termini: & mediocritates: idest si haberent cupiditates finitas & nō inanes: atq; immodicas. NIHIL HABEREMVS: nihil cōtra eos dicere possemus: aut prohibere. QVIN qd nō complerentur: perfunderentur ipsi luxuriosi. AVT dolens: quoad corpus: AVT Egrum: idest mæstum quoad animum. ID: dolere: atq; angi est malum: & fugiendum. HOC LOco: parte: atq; sententia sic explicata. HEC: talia: & sic uoluptaria: & absurda. Fidēter: animose: citraq; pudorem. QVID sentiat: quæ sit eius sententia: & quid sibi uelit hæc dicens. PLANE: aperte: & euidenter. SI ITA DICIT: si ita sentit. SI SApientes sint: idest si sciant fines cupiditatum: & habeant ueram rerum notitiā. ABSVRDE: inepte: & præter omnem rationem: quoniam qui sunt sapientes: non sunt luxuriosi: & intemperantes. PARICIDAS: parentum interfectores: nec non patriæ proditores: cæterorumq; hominum: & maxime propinquorum: & affinium cæde pollutos. SI neq; cupidi sunt: si non habeant cupiditates: atq; libidines: quod absurdissimum est: si enim cupidi non essent: paricidæ non fierent: a cupiditate siquidem tantum nefas oritur. ET tamē quid attinet: quasi dicat exceptio epicuri nulla est: atq; delira: quoniam luxuriosus omnem excedit modum: & undique culpabilis est: qua propter nulla exceptio potest dari: talium siquidē uita toto suo genere uitiosa est: & uitiū

Cyroo græce qd significet

Cupidi paricidæ fiunt.

cum uterq; græce, egregie loquatur, nec aristippus, qui uoluptatē summum bonum dicit, in uoluptate ponit non dolere, neq; hieronymus, qui summum bonū statuit non dolere, uoluptatis nomine unq̄ utitur pro illa indolentia. Quippe qui ne ī expetendis quidem rebus numeret uoluptatem. Duæ sunt enim res quoq;, ne tu uerba solum putes, unum est sine dolore esse, alterum cum uoluptate, uos ex his rebus tam dissimilibus non modo nomen unum (nam id facilius paterer) sed etiam rem unam ex duabus facere conamini. Quod fieri nullo modo potest. Hic qui utraq; probat, ambobus debuit uti, sicut facit re, neque tamē diuidit uerbis. Cū enim ipsam eam uoluptatem, quam eodem nomine appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere, ne suspicari quidem se ullum bonum seiunctum ab illo aristippeo genere uoluptatis. Atq; ibi hoc dicit, ubi omnis eius est oratio de summo bono, in alio uero libro, in quo breuiter cōprehensis grauissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur, scribit his uerbis, quæ nota tibi profecto torquate sunt, quis enim uestrū nō edidicit epicuri kyrias doxas' idest maxime ratas quæ grauissimæ sint ad beate uiuendum breuiter enunciatæ sententiæ. Animaduerte igitur recte, nē hāc sententiam interpreter. Si ea quæ sunt luxuriosis efficiētia uoluptatum liberarent eos deorum, & mortis, & doloris metu, docerentq; qui essent fines cupiditatum, nihil haberemus, quin undiq; complerentur uoluptatibꝰ, nec haberent ulla ex parte aliqd aut dolens, aut ægrum, id est autem malum. Hoc loco tenere se triarius non potuit, obsecro inquit torquate, hæc dicit epicurus? Quod mihi quidem uisus est, cum sciret, uellē tamen cōfitētem audire torquatum. At ille non pertimuit, saneq; fidenter. Istis quidem ipsis uerbis inquit, sed quid sentiat nō uidetis. Si alia sentit, inq̄, alia loquitur, nunq̄ intelligam quid sentiat, sed plane dicit, quod intelligam. Idq; si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, dicit absurde, similiter etiam si dicat nō reprehendendos paricidas, si neq; cupidi sint, nec deos metuāt, nec mortem, neq; dolorem. Et tamen qd attinet luxuriosis ullam exceptionem dari, aut fingere aliquos qui

ut uitium non recipit mediocritatem. AVT fingere:formare:ac ponere. LVXVriose:intemperanter:prodige:nequiter:profuse: A SVMmo philosopho:sapientissimo uitæ magistro:per ironiam dicuntur hæc a cicerone. EO nomine:ea causa. respectu:& ob id:q essent luxuriosi. DVMtaxat:dummodo uitarent reliqua:quæ beatam perturbant uitam. SED tamen:urget:ac uexat epicurum cicero asserentem:nullam uoluptatem per se malam esse:aut fugiendam:dummodo infamia uitetur:& hominum conscientia:quæ opinio non est philosophi:idest magistri ueritatis:& morum:sed impunissimi cuiusdam hypocritat:& animi quadam duplicitate grassantis. CVIVSque modi: Voluptas sine infamia mala nõ est.

cum luxuriose uiuerent a summo philosopho non repræhenderentur, eo nomine dũtaxat, cætera cauerent, sed tamen non. ne repræhenderes epicure luxuriosos ob eam ipsam causam, quod ita uiuerent, ut persequerentur cuiuscunq; modi uoluptates, cum esset præsertim (ut ais) summa uoluptas nihil dolere. Atqui reperiemus asotos primum ita non religiosos, ut edant de patella. Deinde ita mortem nõ timentes, ut illud in ore habeant ex hymnide, mihi sex menses satis sunt uitæ, se primum orco spondeo. Iam doloris medicamenta illa epicurea tanq̃ de narthecio promant, si grauis, breuis, si longinquus, leuis. Vnum nescio quomodo possit si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere. Quid ergo attinet dicere, nihil haberem quod repræhenderem, si finitas cupiditates haberentur. Hoc est dicere, nõ repræhenderem asotos, si non essent asoti, isto modo nõ improbos quidem, si essent boni uiri. Hic homo seuerus luxuriam per se ipsam repræhendendam non putat. Et hercle torquate (ut uerum loquamur) si summum bonum uoluptas est, rectissime nõ putat. Nolim enim mihi fingere asotos (ut soletis) qui in mensam uomant. Et qui de conuiuiis auferantur, crudiq; postridie se rursus ingurgitent, qui solem (ut aiunt) neq; occidentem unq̃ uiderint, nec orientem, qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrum istius generis asotos iucunde putat uiuere. Sed mundos, elegantes, optimis cocis, pi-

quascunque delectationes sine aliquo discrimine. PRÆsertim:maxime habere possent summaz uoluptatem:quam tu statuis in indolentia. AT QVI:certe inquit cicero multi sunt luxuriosi sine timore numinis:aut mortis:& doloris: & uiuunt ad tuum præscriptum:sed tamen eos remur esse probrosissimos:& nõ uerbis fatigandos:sed uinculis:& censoria nota:tu uero dicis:nihil te habere:quod in his repræhendere possis:hoc autez est deprauare uitam:non emendare:ac recte instituere:ut decet philosophum:unde dicit idem cicero in officiis:quis est qui nullis officii præceptis tradendis philosophum se audeat dicere: ASOtos:luxuriosos:& prodigos in palatum obicientes patrimonia: unde illis nomen inquit aristoteles in moralibus:cum salus & uita patrimonio cõtineatur:qui ergo illud nequiter absumunt:perniciem sibi moliuntur: priuant se salute: asotus: etenim græce sine salute: ac per hoc perditus dicitur latine. NON religiosos:nullum metum habẽtes deorum:quorum religionez:& sacra pollũt: atq; profanant. VT EDANT:dapes accipiant: & comedant. DE:ex. PATElla:sacro uase:quo ad usus profanos abutuntur ad sumẽdos cibos: ueluti si quis nunc de patena lucanicas:& tomacula comederent:& e calice biberent:utinam tales asotos religio nostra sanctissima nõ haberet: sed proh dolor:longe his peiora fiunt in sacris locis:patelle inquit pompeus uasa sunt parua picata sacrificiis apta:liuius lib. vi. secundi belli punici sic scribit:qui curuli sella sederunt:ut salinum: patellamq; deorum causa habere possint. ITA: sic & tanto animo mortem contemnentes. EX Hymnide:comedia cecilii poetæ a nomine mulieris:cuius meminit lucilianus: uersum ex hymnide cecilii affert nonius agens de luculentitate:atq; licitari. SPONDEO:promitto:obligo plutoni & mortis præsidibus:inde consponsi dicuntur fide mutua obligati:& consponsores inuicem promittentes. ORCO:diti mortem urgenti. c. pro. g. frequenter ponebant antiqui dicit pompeius. IAM DOLORIS:remedium inquit habent tui asoti cõtra dolorem:tu enim dixisti in ratis opinionibus:& sententiis:non moratur diutius in carne:quod dolet : sed summus dolor minimum temporis adest: Diuturni morbi plus habẽt in carne quod oblectet q̃ quod doleat. MEDICAMENTA:remedia. DE NARTHECIO:ferulacea pyxide:qua ebore ornata continebantur olim medicamenta:unde marcialis in distichis:artis ebur medicæ narthecia cernis habere:munera:quæ cuperet pactius esse sua:narthex græce ferula latine:plini? agens de ferula sic ait:narthecia uocant græci assurgentem in altitudine:narthecicam semper humilem lucianus agens de imperito chirurgo elephantinas narthecas appellat:has pyxides:& cucurbitas argenteas aurataſq; uulsellas. PROmant:proferant:educant. VNum nescio:absurdum est inquit omnino quod epicurus enuntiauit. LVxuriosus:immoderatus:dissolutus. FInitas:terminatas:& moderatas:nam si id haberent:luxuriosi non essent. QVID Attinet:quid facit epicurea exceptio:& apposita conditio:quasi dicat nihil ad rem pertinet:& absona est eius sentẽtia. SI finitas:terminatas:& modicas:ac per hoc cõmendabiles. HOC est dicere:hãc habet inqt cicero sniam. ISTO modo:pari rõne:ac modo intelligẽdi. HOmo seuerus:grauis:& uitæ magister:ironice dictũ est. PER se:per ppriã naturã:& deformitatẽ. REctissime:uerissime ẽm suũ decretũ:& cõuenietissime. NOlim eni mihi : cõfutatur? cicero epicureã cõstitutionẽ:atq; placitũ de summo bono lælii sapiẽtissimi uiri snia ostẽdit nõ solũ nõ esse summũ bonũ uoluptatẽ:sed ne bonũ qdẽ:& tm̃ abesse:ut asoti beate uiuant:ut eoꝝ uita nihil possit excogitari probrosius:hos asotos dico:ait cicero:q elegãtiores habent:nã obscenissimos:& pditissimos asotos pecudũ loco numero. FINGere:imaginari:cõformare:ac ponere. VT soletis:uos epicuræi qbus talia hominũ mõstra in primis arridẽt:& p obscænitates etiã bibere indecoꝝ nõ ducitis:unde satyricũ illud:nitreo bibit ille priapo. VOmãt:cibũ:potũq; reiiciãt qđ est turpissimũ. VT aiũt:puerbialis snia in ignauos cõbibones gurgites:aliud celebrabat ı hos adagiũ:ignauis semp esse ferias. POstridie:postero die. INgurgitẽt:deuorãdo ipleãt:& stomachi baratrũ farciãt. COnsumptis:deuoratis. EGeãt:ad egestatẽ redacti sunt:& hi pprie sunt asoti:ut dictũ est. IStius generis:talis naturæ; q̃litatis. IVcũde:delectabiliter:sed mõstrose:ritu q; porcoꝝ: qb? nihil est imũdi?:& aia p sale data est:ne putresceret. SED mũdos:hos inqt putam? iucũde uiuere:q aliquã in uictu habẽt elegãtiã:tñ nullo honore ipsos dignamur:cũ uoluptati:& gulæ plus tribuãt q̃ uera hois diuini aialis ratio:& natura regrãt. MVndos:tersos:politos:& seplasiarios horati?:mũdũ exoptauit uictũ nõ deficiẽte crumena. ELegãtis:læto:amæno:& delectabili cultu gaudẽtes. OPti

Cõspõsi q dicant.

storibus,piscatoribus,piscatu,aucupio,uenatione, his omnibus exquisitis utantes cruditatem,quibus uinũ diffusum e pleno sit cenophoro,ut ait lucili⁹,cui nihil dempserit uis,& sacculos abstulerit adhibentis ludos, & quæ sequuntur illa,quibus detractis clamat epicur⁹ se nescire,quid sit bonum. Assint etiam formosi pueri, qui ministrent,respondeat his uestis,argentum,corinthium æs,aut deliacum, atrilicium loc⁹ ipse,hos ergo asotos bene quidem uiuere,aut beate nunquam dixerim. Ex quo efficitur,non ut uoluptas,ne sit uoluptas, sed ut uoluptas non sit summum bonum. Nec ille,qui diogenem stoicum adolescens,post panetium audierit lelius,eo dictus est sapiens,quod nõ intelligeret,qd suauissimum esset,nec enĩ sequitur,ut cui cor sapiat,ei nõ sapiat palatus,sed quia parui id duceret.

O lapathe ut iactare ne cesses cognitus qui sis.
In quo lelius clamores sophos ille solebat
Edere,compellans gumias ex ordine nostros.
Præclare lelius,& recte sophos,illudq; uere,
O publi o gurges galloni es homo miser.
Cænasti in uita nunq̃ bene,cum omnia in isto.
Consumis squillo,atq; acipensere cum decumano.

Is hæc loquitur,qui in uoluptate nihil ponens,negat eum bene cænare,qui omnia ponat in uoluptate. Et tamen non negat libenter unq̃ cænasse gallonium,mentiretur enim,sed bene. Ita grauiter & seuere uoluptatẽ

mis:peritissimis in conditura obsoniorum:coci plinius ait triumpho:ũm prætiis parantur:nullusq; propeiam mortalis æstimatur pluris q̃ qui peritissime censum domini mergit. EXquisitis:electis:& prætiosioribus. VItãtes:ipellentes:&. declinantes. CRuditatem:nauseam marcescentis stomachi atq; fastidium:quod ubi crudi:idest incocti: & indigesti patiunt:& crudi dicũtur:qui non facile cibum coquunt in stomacho:& cruditas indigestio. DIffusum: emissum. E PLeno œnophoro:uinario uase. DEmpserit:abstulerit uiolentia:& rapina. SAcculos:loculamẽta nũmorum:& crumenas:idest qui nullo infortunio laborent:sed ad uotum atq; libidinem fluant omnia. ET quæ sequuntur:cætera oblectamenta gustatus: in primis & tactionis: quæ sola bona nouit epicurus. DETRACTIS:remotis:& ademptis. CLAmat:clara uoce profitetur in libro de finibus:autore laertio. FORMOSI:uenusti:delicati. RESPONDEAT:conueniens sit:& cõsonet:idest compti sint: & prætiosis amicti uestibus. ARGENTVM:argenteum instrumẽtum:elegans: & concinnum. VEL CORINTIVM ES:idest uasa & signa ex ære corinthio. AVT DELIACVM:quoniã in delo insula fuit prima æris nobilitas:autore plinio: atq; egina:inde deliacum: & egineticum:fiebant inde capita columnarum: tricliniorum pedes:& fulcra:statuæ:& cætera id genus monimenta:quidam codices habent odrilicium:mendosam puto dictionem:& atrilicium scribẽdum:ut eam atrii partem significet:in qua olim licia etiam texebãtur: ut autor est pedianus asconius:qui libros eusebii de euangelica præparatione interpraetatus hanc dictionem ponit in octauo: græcus codex in pontificia bibliotheca non inuenitur: & iccirco ueritatem perspicere nequeo:uerba ei⁹ hæc sunt:si princeps:aut rex egrotet medici transgressi inter columnia porticus:tabulas:argentum adnilicium:aurum:lapides cubi se ipsum illico petunt. LOCus ipse: ipsa cænatio apta tempori: ut nunc orientem excipiat solem: nunc occidentem:modo meridiem: modo septentrionem:conuiuium dixit uarro:ut autor est gellius constat e rebus quatuor: si belli homunculi collecti sunt: si lectus locus: si tẽpus lectum: si apparatus non neglectus. BENE:honeste. BEATE: feliciter. EFFICITVR: concluditur uoluptatem non esse summum bonum: ut statuit epicurus. EO:ideo sapiens appellatus est:quoniã paruifaciebat uoluptatem:cuius gustum quidem habebat:& sensum:sed appetitum rationi subiiciebat: ut moderatum decet uirum. SVAVISSIMVM:iucundissimum palato. SAPIAT: sapientiam habeat. NON SAPIAT:non habeat gustatus iudicium:palatus dicitur:& palatum:in quo lingua cum saliua sagit:idest acute sentit qualitatem saporum. PARVI DVCERET:non magni penderet. DVCERET:æstimaret quasi pro nihilo. O LAPATHE:confirmat quod dixit lucilii uersibus:quibus ex lælii sententia asoti taxantur:& omnes denique gulosi:manducones gurgites:& deuorones:lapathus herba surgens in caulem:dulcis saporis: dum tener est: aliter dicitur rumex: & lapathium. VT:utinam:NE CESSES:nunq̃ desinas. IACTARE: extollere:atq; ambitiose laudare. COGNITVS:remouetur.s.prisco ritu:ut stet uersus:idem lucilius:autore gellio lib. i.campanus sonipes succussor nullus sequetur:maiore in spatio: ac diuersus iubebitur ire. QVI:qualis: iucundiq; saporis: si cognitus fueris:talis quippe gustus moderatæ naturæ in primis conuenit: sed gula seuit: & terras scrutatur:ac maria. IN QVO:lapatho: & naturali dote illius. ILLE SOPHOS:præclara sapiẽtia clarus:lælius & uerus uitæ magister:& eusebius dicit: periti homines: qui recte philosophantur: has res caducas bona non arbitrantur:qui uero falsam: & nomine solum philosophiam sequuntur: hi animi se medicos professi seruituti corporis inhærent. EDERE:effundere. COMPELLANS: nominans per ordinem: atq; gradatim. GVMIAS:gulosos: & catillones: ingluuies inquit pompeius a gula dicta: hinc ingluuiosus: gluto:gumia: guttur: gurgulio. GVRges:uorago:& barathrum:& ut taceam:gurgitem inquit macrobius a deuorato patrimonio cognominatum:gallonius fuit præco:& gulosorũ sua ætate maximus:de quo horatius in sermonibus:galloni præconis eras acipensere mensa:infamis gallonii meminit idem cicero in oratione pro quintio his uerbis:qui relicta bonorum uirorum disciplina: & questum: & sumptum gallonii sequi maluerunt:& quod in illo non fuit: cum audacia perfidiaq; uixerunt. MISER:infelix:atq; damnabilis. NVNq̃ bene:nec honeste:nec recte:ut deceret tuæ sortis & questus ciuem. IN ISTO SQVILLO:pisce:plinius loquens de piscibus:qui spina carthilaginem habent:dicit:quorum in numero sunt squilli:quis non plani. ATQVE ACIPENSERE CVM DECVMANO:idest prætioso pisce:atq; amplissimo:unde decumana oua dicuntur inquit pompeius:quia magna: & decumani fluctus apud antiquos ait plinius piscium nobilissimus acipenser: unus omnium squamis ad os uersis contraq; natando meat: nullo nunc in honore est:quod quidem miror:cum sit rarus inuentu. Nihil ponens:nullam habens ipsius rationẽ: nihili faciens:nihil tribuens: is nihil ponit in uoluptate:qui bonis illam non adnumerat. OMNIA ponat: maximi facit:& solum:ac summum putat bonum. GRAuiter:sententiose. SEVERE:rigide:honeste:cõstanter:prudẽter.

Crudi di bi q dicãtur.

Palatum qd sit.

Ingluuies unde dicta sit.

SEcernit:

secernit a bono. Ex quo illud efficitur, qui bene cænet, omnes libenter cænare, qui libenter, non continuo bene. Semper lelius bene, quid bene? dicet lucilius, horto condito, sed cedo caput cænæ, sermone bono. Quid ex eo si quæris libenter. Veniebat enim ad cænam, ut satiaret animo quieto desideria naturæ. Recte ergo is negat unq̃ bene cænasse gallonium. Recte miserum, cũ præsertim, in eo omne studium consumeret, quem libenter cænasse nemo negat. Cur igitur non bene? Quia q̃d bene, id recte, frugaliter, honeste. Ille porro male, praue, nequiter, turpiter cænabat. Non igitur lapathi suauitatem acipenseri gallonii lelius anteponebat, sed suauitatem ipsam negligebat, quod non faceret, si in uoluptate summum bonum poneret. Semouẽda est igitur uoluptas, non solum ut recta sequamur, sed etiam ut loqui deceat frugaliter. Possumus ne igitur in uita summum bonum dicere, cum id ne in cæna quidem posse uideatur, Quomodo autem philosophus loquit̃ tria genera cupiditatum, naturales, & necessarias, naturales, non necessarias, nec naturales, nec necessarias. Primum diuisit ineleganter, duo enim genera, quæ erant, fecit tria. Hoc est non diuidere, sed frangere rem, qui si diceret cupiditatum duo esse genera, naturales, & inanes. Naturalium quoq; item duo, necessarias, & nõ necessarias, confecta res esset. Vitiosum est enim in diuidendo partem in genere ponere. Sed hoc sane concedamus. Contemnit enim disserendi elegantiam, confuse loquitur, gerendus est mos, modo recte sentiat. Et quidem illud nõ nimium probo, & t̃n patior, philosophũ loq de cupiditatibus finiendis, An põt cupiditas finiri,

SECERNIT: separat a numero bonorũ. NON CONTINVO: statim: nisi cætera requisita addantur. BENE: recte: frugaliter: honeste. HORTO condito: oleribus concinnatis: & inemptis dapibus: ut sapientem decebat uirum: ac frugi: qui non ad opinionem uiuebat: sed ad naturam: condire est saporem dare: oleo uidelicet: sale: & simi Cõdire qd sit.
libus lex licinia: ut autor est gellius: quicquid esset e terra: uite: arbore promiscue atq; indistincte largita est. SED cedo: dic: aut da: ponitur interdum cedo: ut quedam interiectio: gellius. xvi. cedo quale id sit: consideremus. CAPVT: principium. SERmone bono: honesta questione: disputationeq;: gellius lib. vi. agens de cænula tauri philosophi dicit: quisque commentus ibat quod quæreret: eratq; initium loquendi: edendi finis. LIBenter: animo læto: uolenti: pacato: sedato. DEsideria: naturales cupiditates: & necessarias. IN EO: in cura cenandi: & gloria palati. STVdium: curam: diligentiam: sollertiam. RECTE: prudenter. FRugaliter: temperate: moderate. HOneste: laudabiliter. ILLE: gallonius. POrro: certe. MALE: imprudenter: non recto uitæ ordine: quẽ prudentia statuit. PRAVE: uitiose: corrupte. NEquiter: luxuriose: quod est contra frugalitatem: frugalitas ait idem in tusculanis questionibus: ut opinor: a fruge dicta est: quia nihil melius e terra oritur: nequitia ab eo: q; nec quicq̃ est in tali homine: ex quo idem nihili dicitur: hæc cicero: horatius etiam dixit: illum aut nequities: aut uasri inscitia iuris: postremum expellet: gellius in septimo sic scribit: nunc nequitiam pro sollertia & astutia dici audio: sed qui ꝓprie: atq; integre loquuti sunt: nequam hominem dixerunt: nihili neque rei: neq; frugis bonæ: quod genus græci prodigum: libidinosum: inutile: improbum: & scelestum dicunt: unde cicero exclamauit in. M. antoniuz: o nequã hominem: nihil enim magis proprie possum dicere: consimiliter quoque claudius in primo annalium nequitiam appellauit luxum uitæ prodigũ: effusum q;: uarro dicit ut ex non & uolo fit nolo: sic ex ne & quicquam media syllaba extrita componitur nequam. TVRPITer: probrose: citraq; honestatem. SVAuitatem: iucundum gustatum & saporem. ACIPENseri: prætioso pisci: quo supra natalium cõditionem: & questum delectabatur gallonius. SVAuitatem ipsam: idest uoluptatem: quam esculenta: & poculenta immodica pariunt luxuriosis. SEmouenda: segreganda: repellenda: unde dixit horatius: sperne uoluptatem: nocet empta dolore uoluptas. REcta: honesta: & decentia: quoniam uoluptas aciem mentis præstringit: & rectum deprauat iudiciũ: cum sit esca uitiorum uel maxima. DEceat: conueniat nobis: honestum q; sit quod loquimur: nihil quippe gloriosum in se habet uoluptas: qua qui gloriantur præter hominis decorum uiuunt: & bestiis iure adnumerãtur: unde apud syllium sic a uirtute taxatur: ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: & atris: circa te semper uolitans infamia pennis: mecum honor: & laudes: & læto gloria uultu: & decus: & niueis uictoria cõcolor alis. FRVGaliter: honeste: decore: plausibiliter: & gloriose domus: quippe uoluptatis fornices: & ganeæ sunt. IN VIta: in modo uiuendi: ciuiliq; congressu: atq; moribus. IN cena: in ea re: quæ uoluptati comparata uidetur: & naturalem habet necessitatem: tamen uoluptati primas non tribuit: & ipsam iucunditatem ciborum a præscripto rationis: & honestatis non separat: quod in tota uita constituenda multo magis curandum est: & hominis decretum sectari: nõ beluarũ: quæ nihil sentiunt præter uoluptatem: ad eamq; feruntur toto impetu. QVOMODO loquitur: notat hic epicurum: ut ignarum dialectices: & expertem illius elegantiæ: quam diuisiones rerum requirũt: & definitiones. QVOMODO: quasi dicat imperite: citra philosophicæ doctrinæ elegantiam: philosophicumq; instrumentum: idest ueras rationes: modos: atq; uias disserendi. INELEGANTER: indocte: inculte. DVO genera: idest duo quedam quasi principia partium: siue specierum: quæ sub ipsis continentur: genus in hac significatione dicitur a logicis: quod de pluribus differentibus specie prædicatur: proprium generis est aggregare: atq; unire: differentiarum uero species: si Generis
ue formas conformare: atq; constituere. FRANGERE: abrumpere: atq; confundere. INANES: uanas: & superfluas. CONFECTA: recte absoluta: & eleganter diuisa: confice rem dicimus: & de re. PARTEM NVMERA diffinitio
RE IN GENERE: idest loco generis ponere speciem: quæ sub ipso genere continetur. ELEGANTIAM: cultum: atq; peritiam. CONFVSE: indistincte: ac per hoc indocte citra elegantiam. GERENDVS MOS: quasi obsequendum illi est in hoc: & quod fecit concedendo: gerere alicui morem est obsecundare: ac uoluntatem propriam ad illius arbitriũ trãsferre: inde morigeror uerbũ: & morigerus. REcte sentiat: opinio: & sententia uero sit. PAtior: tolero. PHilosophũ: uitæ emẽdatorem: atq; magistrũ. FIniẽdis: terminãdis: & moderãdis: finiri: terminari: & ad mediocritatẽ redigi: cũ toto gñe uitiosa sit: hoc ex snia stoicoꝝ dicit cicero: q etiã minimas uitioꝝ fibras euellere

tollenda est,atq; extrahenda radicitus. Quis est enim,in quo cupiditas sit,quin recte cupidus dici possit? Ergo & auarus erit,sed finite? Et adulter,uerum habebit modum? Et luxuriosus eodem modo? Qualis ista philosophia est,quæ non interitum afferat prauitatis,sed sit cõtenta mediocritate uitiorum? Quamq̃ in hac diuisione rem ipsam prorsus probo,elegantiam desidero. Appellet hæc desideria naturæ,cupiditatis nomen seruet alio, Vt cum de auaritia,cum de intemperantia,cum de maximis uitiis loquetur,eam tanq̃ capitis accuset. Sed hæc quidem liberius ab eo dicuntur,& sæpius, quod equidem non reprehendo. Est enim tanti philosophi,tamq; nobilis audacter sua decreta defendere. Sed tamẽ ex eo q eam uoluptatem,quam omnes gentes hoc nomine appellant,uidetur amplexari sæpe uehementius, in magnis interdum uersatur angustiis,ut(hominum cõsciẽtia remota)nihil tam turpe sit,quod uoluptatis causa non uideat esse facturus. Deinde ubi erubuit(uis enim est per magna naturæ)confugiet illuc,ut neget accedere quicq̃ posse ad uoluptatem nihil dolentis. At iste nõ dolendi status non uocat uoluptas. Non laboro inquit de nomine. Quid q res alia tota est? Reperiam multos, uel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos q̃ uos estis,quibus quicquid uelim,facile persuadeã. Quid ergo dubitamus,quin si nõ dolere uoluptas sit summa, non esse in uoluptate dolor sit maximus? Cur id ita non fit? quia dolori nõ uoluptas cõtraria est,sed doloris priuatio. Hoc uero non uidere,maximo argumento est,eã uoluptatẽ esse nullã,qua sublata, neget se intelligere oĩno qd sit bonũ. Eã autẽ ita persequtur,quæ palato pcipiat,quæ aurib9,cætera addit,q̃ si appelles,honos præfandus sit. Hoc igit quod solũ bonũ

nitebantur:& sapiẽtem affectibus uacare censebãt:sed de his in tertio:cum de stoicorum dogmate agetur. FINIri: terminari & mediocritas fieri:ac per hoc laudabilis. TOllenda:auferenda:& ab ima radice extirpanda. REcte:iure:ac merito. QVIN:q nõ possit dici quasi dicat recte dicitur cupidus. SED finite:terminate:& moderate:quod est absurdum:supponit autem cicero cupiditatem esse uitium:quod nullam recipit mediocritatem:& quomodocũque fiat:uitium est:aristoteles secundo moralium dicit. Non omnis actus:nec omnis affectus suscipit mediocritatẽ: sunt enim affectus nonnulli:qui sunt cum prauitate coniuncti:ut maliuolentia:ut impudentia; ut inuidentia; & actus identidem:ut adulterium:furtum:homicidium: hæc enim uniuersa: & talia ita dicuntur: quia ipsa sunt praua:& non exuperationes ipsorum:atq; defectus:circa igitur talia nullum est tẽpus recte agendi:sed semper delinquitur. HAbebit modum:mensuram;mediocritatem:& debitum finem. REM ipsam:cupiditatum naturam: & uim. ELEgantiam:dindedi peritiam. HEC: talia pertinentia ad sustentationem naturæ. DEsideria:idest uota. ALIO:ad alium usum: & significationem uitiosæ rei. TANq̃ capitis:capitalis criminis:ac per hoc maximi:quod capital ideo dicitur:quia pena capitis punitur:cupiditatez inquit maximis assignet sceleribus: non desideriis naturæ:quæ paucis: & minimis contenta est. LIberius:licentiosius:animosius: & inuerecũdius. TANTI:tam magni:per ironiam hæc dicitur. NOBILIS: clari: & celebris. AVDACTER: animose:præfracte. SVA decreta:placita:& iudicia:dogmata dicuntur a græcis:quæ non solũ uera:sed & fixa:& stabilia esse debẽt:ut nulla ratione moueri possint. EAM uoluptatem:mobilem:scilicet:atq; ad sensuum iucunditatem pertinentem. VEHEMENTIVS: acrius: cupidius. ANGVSTIIS:difficultatibus:& salebris:quibus se non facile explicat: idest cum difficultate: uel maxima uitat iustam repræhensionem: cum decretum beluarum:& scortorum sectetur. REMOTA conscientia: idest si homines ignoraturi sint:& clam possit efficere:quod cupit:& sic ostendit epicurum non uitasse uitium propter ipsius uitii turpitudinez:sed propter infamiam. VIS NAturæ:proprietas sua sponte abhorrens a turpitudine: atq; adhærens honestati. ILLVC:ad illam sententiam:qua suam tegere conabatur turpitudinem epicurus. ACCEDERE: aduenire: accrescere:addi:quoniam summam uoluptatem esse dicebat ipsam indolẽtiam. STATVS:qualitas:conditio. NON LAboro:non curo:non me grauat:aut ledit nomen. RES ALIA:diuersa: quoniam aliud est non dolere:& in uoluptate esse. NON TAM curiosos:acres:& exacte pensitantes omnia. MOLESTOS:importunos:proteruos:& sophisticos. FACILE:citra repugnantiam. QVID ERGO:inquit torquatus libere affirmare possumus eos:qui dolore uacent: esse in uolupfate: uel maxima:& eos qui hac careant:decimo dolore torqueri. QVIN:q non:ordo est quid dubitamus: quin dolor sit maximus non esse in uoluptate:si non dolere uoluptas sit maxima. CVR ID:respondens cicero negat talem oppositionem:quæ tria uiolenter ad duo redigit:& ignorantiam præ se fert dialectices. HOC VERO non uidere: idest talem contrarietatem ignorare:ac sic opinari:primasq; tribuere indolentiæ: idest summæ uoluptati:arguit uoluptatem corporis esse nullam:idest nullius prætii:nec bonis adnumerandam:cum ad cumulum summæ oblectationis non requiratur:oppositum siquidem esset:si aliquid in ipsa poneretur:& sic hæbetem incõstantem:& ut pugnantia dicentem notat epicurum. MAXIMO ARGVMENTO EST:idest maximum sit argumentum: & demonstratio:modus loquendi est:hoc illud arguit:& hoc illi est argumento:in principio de natura deorum dicit: ut magno argumento esse debeat. VOLVPTATEM NVLLAM:nihili æstimandam corporis uoluptatẽ:quæ ad summã ipsius felicitatis necessaria non est ex hallucinantis:& contraria dicentis epicuri sententia. QVA SVBLATA:idest remota:detracta nullum aliud bonum nouit interdum epicurus. PERSEQVITVR:audedecta tur. PALATO:gustatu. CETERA ADDIT:idest obscenas uoluptates:atq; ueneras:ut dictum est ex libro epicuri de summo bono. APPELLES:nomines. HONOS PREFANDVS SIT:cum reuerentia loquendum: ueniamq; petendum:ne turpi uerbo castigatas:& pudicas aures audientium offendamus:plinius in præfatione naturalis historiæ dicit rerum natura narratur:& hæc sordidissima sui parte:ut plurimarum rerum aut rusticis uocabulis:aut externis; immo barbaris cum honoris præfatione ponendis:idem.xxviii.sic ait. Hæc sunt quæ retulisse fas sit: ac pleraque ex his non nisi honore dicto: reliqua intestabilia; & infanda. HOC IGITVR: concludit cicero contra epicuri leuitatem: non esse de numero expetendorum; idest bonorum corporis uoluptatem.

Dogmata q̃ a grecis dicant

Voluptas ad felicitatẽ necessaria nõ est.

SEuerus:

SEVERVS:austerus:rigidus:per ironiam dicuntur hæc in obscænum:& leuem epicurum. IDEM non uidet:nõ intelligit:ideo dixit hoc non uidere. NE expetendum quidem:idest non solum nõ esse solum:aut summum bonũ: sed ne bonum certe:quoniam idest & dicitur bonum quod omnia appetunt:si non dolere inquit est summa uoluptas:quid alia est opus:cum ad illam nil possit accedere. QVã̄ sunt contraria:etiã in hoc esset repræhendendus: quod contraria dicit:& frontibus aduersis pugnantia:nunc siquidem solum bonum dicit corporis uoluptatẽ:nũc illam sic relinquit:ut in ea nil penitus ponat:sed indolentiæ ascribat omnia:hoc inqt illi accidit ex ignoratione dia

seuerus,& grauis philosophus nouit,idem non uidet, ne expetendum quidem esse, quod eam uoluptatem, hoc eodem autore,non desideremus, cum dolore careamus,q̃q̃ hæc sunt contraria. Hic si definire,uel diuidere didicisset, si loquendi uim, si deniq; consuetudinem uerborum teneret,nunq̃ in tantas salebras incidisset. Nunc uides,quid faciat,quam nemo unq̃ uoluptatem appellat,& hãc in motu uoluptatem,q̃ duo sunt, unum facit. Sic enim has suaues, & quasi dulces uoluptates appellat. Interdum etiam ita extenuat,ut. M. curium putes loqui. Interdum ita laudat, ut quid præterea sit bonum,neget se posse ne suspicari quidem,quæ iam oratio non a philosopho aliquo,sed a censore opprimenda est. Non est enim uitium solum in oratione, sed etiam in moribus. Luxuriam non reprehendit,modo sit uacua infinita cupiditate,& timore. Hoc loco discipulos quærere uidetur,ut qui asoti esse uelint,Philosophi ante fiant. A primo(ut opinor)animantium ortu petitur origo summi boni,simulatq; natum animal est,gaudet uoluptate,& eam appetit ut bonum,aspernatur dolorem,ut malum. De malis autem, & bonis, ab iis animalibus,quæ nondum deprauata sint,ait optime iudicari. Hæc & tu ita posuisti. Et uerba uestra sunt, quamq̃ multum uitiosa. Summum enim bonũ,& malum,uagiens puer utra uoluptate diiudicabit:stãte,an mouente?quoniam(si diis placet)ab epicuro loqui discimus. Si stante hoc natura,uidelicet uult, saluam esse se,quod concedimus,si mouente, quod tamen dicitis, nulla turpis uoluptas erit,quæ prætermittenda sit,& simul nõ proficiscitur aĩal illud, modo natum a summa uoluptate,quæ est a te posita in nõ dolendo,nec tamen

lectices. LOquendi uim:uerborum proprietatẽ. CONsuetudinem:communem usum:& modũ. TANtas salebras:inæqualitates:difficultates: angustias:salebræ dicũtur loca inæqualia:& aspera:que sine saltu præteriri non possunt:& salebrosum:qđ frequentes habet salebras. QVam nemo:scilicet appellauit indolẽtiam siquidem appellauit uoluptatem. ET Hanc in motu:quam mobilem uoluptatem dicit:quæ proprie appellat uoluptas perfundens iucunditate sensum. DVO sunt:in dolore non esse:& i uoluptate esse pro eodem posuit epicurus:quod est omnino absurdũ: ut dictum est. ITA extenuat:imminuit:& quasi nullas esse dicit:tanquam uir grauissimus:& seuerissimus:qualis fuit roman? curius uoluptatum hostis:& paupertatis amator:& sic ponit cicero salebras:& inæqualitates epicuri:& inconstantiã qualem intertio sermone tigellio adscribit horatius his uerbis:habebat sæpe ducentos sæpe decem seruos:modo reges atq; tetrarchas: omnia magna loquens:modo sit in mensa tripes:& concha salis puri:& toga:quæ defendere frigus:quamuis crassa queat:nil fuit unquam sic impar sibi:uerba epicuri hæc sunt apud laertiũ: frugalitatem magnum existimamus bonum non enim conuiuia:& comessationes:non puerorum mulierũq; congressus:non piscium usus:& cæterorum:quæ affert pretiosior mẽsa suauem gignit uitam:sed ratio sobria:remoto inquit omni dolore:panis cibarius & aqua summam uoluptatem afferunt:cum egens quis illa in cibum sumit. NE suspicari cogitando effingere dixit hoc epicurus i libro de summo bono:ut supra patuit. A philosopho:emendatore morũ afferendis rationibus: quæ illius instrumenta sunt. A CENsore:iudice morum:& quasi quodam euerriculo scelerũ omnium:hoc siquidem erat officium censoris eos notare:& coercere:quorũ uita probrosa esset:maliq; exempli quale dogma erat epicureum. OPprimenda:coercenda:obruenda:suffocanda. Vitium:macula:& erratum. IN oratione:in uerbis: & modo loquendi absurdo:& inculto. IN moribus:in modo uiuẽdi luxurioso & probroso:quoniam ad obscœnam uoluptatem referuntur omnia:ex ratione siquidem ipsius finis ratio & natura earum pendet rerum:quæ ad illum tendunt:quapropter malum principium nunq̃ fuit satis uituperatum:dogma epicuræum in lupanaribus:cellis uinariis:& in media seplasia uidetur natum:& ideo censoria nota dignum. ASOTI:luxuriosi & intemperantes. A primo ut opinor:hactenus inconcinnam:& absurdam orationem epicuri taxauit:nunc ipsum dogma laebfactat:& quasi tormenta:& arietes admouet:ut deiiciat:atq; subuertat. PEtitur:sumitur:& requiritur. ORigo:principium naturæ consentaneum. SImulatq;:cum primum. DEprauata:corrupta persuasionibus: & disciplinis. MVLtum uitiosa:praua:absona:& a ueritate penitus aliena:quod ostendit quærendo:& confutando. VAgiens puer:infans:& modo natus. M. uarro:ut autor est gellius li. xv. uaticanum deum ait nominatũ esse: penes quem essent uocis humanæ initia:quoniam pueri simul atq; parti sunt:eam primam uocem edunt:quæ prima in uaticano syllaba est:iccirco q; uagire dicitur:exprimente uerbo sonum uocis: VTRA:idest qua e duabus: quas ponit epicurus:qui cum loqui nesciat:loquendi se magistrum profitetur. STANTE:ea quæ stabilis dicitur ab epicuro:quæ aliter dicitur indolentia. AN mouente:ea quam ille posuit in motu:& iucunditate sensuum. SI DIIS placet:ex stomacho hæc dicuntur:indignissimum inquit est:q loqui ab eo discamus:qui uim uerborum:& loquendi usum non tenet. SI stante:resumit primum membrum:& illud interpretatur. SALuam esse:se conseruari in proprio statu:& natura:quod omnibus animalibus innatum est:& ita esse conceditur. SI mouente:sensili uoluptate:quod uos epicurei affirmatis:hoc sequitur:ut nulla uoluptas repudietur:& ad summam:siue cumulum talium uoluptatum ascendatur:summum quippe bonum in ultimo sui generis constituendum est. ET SIMVL:& pari ratione repræhenditur:qui finem ponit indolentiam:quoniam ab ipsa nõ incipit natura:ut ad eius fastigium tandem perueniat. NON PROFICISCitur:non inde facit initium:non incipit. MODO:paulo ante natum. A SVMMA VOLVPTATE:indolentia:cuius notitiam non habet:nisi quatenus duce natura saluum se cupit.

Salebræ q̃ dicant.

Censoris officium qđ fuerat

Vatican? deus q dicatur.

argumētum hoc epicurus a paruis petiuit, aut etiā a bestiis, quæ putant esse specula naturæ, ut diceret ab iis duce natura hanc uoluptatem expeti nihil dolendi. Neq; enim hæc mouere pōt appetitum animi, nec illum habet ictum, quo pellat animi statum, hic nō dolendi. Itaq; in hoc eodem peccat hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum uoluptate. Itaq; epicurus semꝑ hoc utitur, ut probet uoluptatem natura expeti, ꝙ ea uoluptas, quæ in motu sit, & paruos ad se alliciat, & bestias, non illa stabilis, in qua tantum inest nihil dolere, Quid igitur conuenit ab alia uoluptate dicere naturam proficisci, in alia summū bonum ponere? Bestiarū uero nullum iudicium puto, q̄uis enim deprauatæ non sint, prauæ tamē esse possunt, ut bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum, sic ferarū natura, non est quidem illa deprauata mala disciplina, sed natura sua. Hæc uero, ut uoluptatē expetat, natura mouet infantem, sed tm̄ ut seipsum diligat, ut ītegrum se, saluumq; uelit, omne enim aīal simul ut ortum est, & se ipsum & oēs suas partes diligit, duasq;, q̄ maximæ sunt in primis amplectitur, animum & corpus, deniq; utriusq; partes. Nam sunt & in aīo præcipua quedam & in corpore, quæ cum leuiter agnouit, tunc discernere incipit, ut ea, quæ prima data sunt, natura appetat, asperneturq; contraria. In his primis naturalibus uoluptas insit, nec ne, magna questio est. Nihil uero putare esse præter uoluptatem, non membra, non sensus, non ingenii motum, non integritatem corporis, non ualitudinem, summæ mihi uidetur inscitiæ. Atq; ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonoꝝ & malorum. Polemōi etiam, ante aristoteli ea prima uisa sunt, quæ paulo ante dixi. Ergo nata est sententia ueterum academicorum, & peripateticorum, ut finem bonorū dicerent secundum naturam uiuere, idest uirtute adhibita frui primis a natura datis. Callipho ad uirtutē nihil adiūxit, nisi uoluptatē. Diodorus uacuitatē doloris. Iis oīb⁹, quos dixi, cōseq̄ntes sunt fines bonoꝝ. Aristippo

HOC argumentū: rationem: & demōstrationem. PEtiuit: assumpsit. SPecula: instrumenta: quib⁹ imago: & quasi uoluntas: & decretum naturæ aspicimus: ueluti nostras imagines: in speculis. DVce natura: principe: autore: magistra. NEque enim: affert rationem: quasi ab indolentia non proficiscitur natura: quoniā nihil habet: quo tangere possit: & allicere infantem: qui nihil sentit: præter id: quod dulce est sensibus. HEC: uoluptas: siue indolentia. APpetitum animi: ipsam cupiditatem: quam habet animus ad ipsum bonū: quod ad tempus id esse uidetur: quod est iucundum: & sensus oblectat: atq; in primis gustatum: & tactum. ICtum: percussionem: impulsum: idest aliquod mediū: quo natura tangat: & moueat: ut habet natura corporeæ uoluptatis: quæ cibo: potu: & tepore mouet sensus infantis. PEllat: tangat: moueat: unde dicimus: illa res me pellit: idest tangit: & mouet. ANimi statū: idest conditionem & naturā. HIC: scilicet status & qualitas indolentiæ. PEccat: delinqt: & errat: qm̄ posuit in indolētia summū bonū: ad quod nō pōt ascendi a naturali principio. AT ILle: status uoluptarius: & ictus. PEllit: tangit: & mouet. PErmulcet: lenit: oblectat naturales sensus: & ꝑceptiōes: quas indidit natura: ut aīal cōseruaret: & iccirco comunissimū sensum ipsius tactus per totū dispsit corpus. ALliciat: inuitet: attrahat. STabilis: firma: permanens: & nō habens motū: sed quietem oium sensuū: oī dolore detracto. QVid igit: non decet inquit ab una uoluptate incipere: & in alia summū bonū ponere: hoc aūt est naturā relinquere atq; ad indolentiā trāsilire: principiis naturæ penitus relictis: ad cui⁹ cumulū gradatim erat ascendendū. PRoficisci: capere initiū: & exire. AB alia: mobili scilicet: & corpea. IN alia: uoluptate animi: quæ indolentia dicit. BEstiarū: negat cicero: bestias eē specula naturæ: ut uoluit epicur⁹: & deprauatas esse natura demōstrat. DEprauatæ: corruptæ falsis opiniōib⁹. PRauæ: corruptæ: ac sine iudicio. VT bacillū: paruū baculū. DE industria: dedita opa. ITA natū: natura curuū. MAla disciplina: corrupta institutiōe: & opinione. NAtura sua: ꝓpria qualitate. NEC Vero: nunc refellit quod de infantib⁹ dixit epicurus. VT expetat: optet uoluptatem tāq̄ rem bonā: sed cōdimentū quoddā: & illicitū ad suā cōseruationē oib⁹ aialib⁹ ꝓposita nō gustaret cibū infans: nisi adesset uoluptas: quā ideo natura apposuit: ut aialia cōseruarent: quapropter aucta ætate: cōfirmatoq; iudicio per acres dolores: & amaras medicinas uitæ cōsulit. INTegrū: incorruptū. SAluū: sospitem: & uiuū. PRæcipua: cariora: & ꝑstātiora. LEuiter: parūper: qm̄ prima etas non plane discernit sua bona: & ea: quæ sunt extra se prius cognoscit q̄ se ipm: atq; uires igenii: quas tandem ꝑcipiens amat: ut ꝓpria bona: prima igit cognitio est quasi per lineā altera uero circularis: quia in se reflectitur: seq; demum cognoscit. DISCERNERE: diiudicare: delectumq; habere: taurus phus apud gellium sic loquit: natura indidit nobis: inoleuitq; in ipsis statim principiis: quib⁹ nati sumus: amorē nri: & caritatē: atq; hoc esse fundamētū, rata est cōseruādę hominū perpetuitatis: si unusqsque nostrū simul atq; editus in lucē foret: hatū prius rerū sensum: affectionē ꝗ caperet: q̄ a ueterib⁹ phis ſm naturā prima appellata sunt: ut oib⁹ scilicet corpis sui cōmodis gauderet: ab incōmodis oib⁹ abhorreret: QVE prima data sunt: q uarro primigenia appellauit: nō nulli prima naturæ: siue prima: & ingenita munera eius: quæ sunt hæc: mens sana: in corpore sano: in summa primigenioꝝ posuerūt: aliq; finem hominis. NAtura: naturali quodā instituto & munere. MAgna questio: altercatio phorum: & addubitatio. MOtū: agitationē: celeritatem: atq; sollertiā: pars una ingenii: ac mentis rerū efficiendarum est principiū: secunda agendarū: tertia contemplandarū: quarum partium siue uitium absolutiones: & uirtutes sunt ais: prudentia: & sapientia. AB isto: principio: & fonte naturæ primigeniorum ꝗ. FLuere: manare: oriri. RAtionem: naturam: & proprietatem: ut scilicet ea habeantur bona: quæ sint e natura: & mala: quæ contra: polemo fuit atheniensis xenocratis discipulus: ueteres academici: idest platonis familia: & sectatores: nec non aristotelici nominibus tm̄ differebāt: & ideo cōmunis erat sententia de summo bono: idest perfectione naturæ. ADhibita: comparata disciplinis: & usu animi absolutione. FRui: cum delectatione: ac citra impedimentū uti primis naturæ munerib⁹: siue primigeniis. CONSEQVENTES: coniuncti: & adherentes: idest ex uirtute cum primigeniis uoluptate: atq; indolentia.

Polemo q fuerit.

Simplex:

SImplex:sola e primigeniis sine uirtute.COnsentire:cõgruere:cõuenire:& ab illa nõ discrepare.INtelligentia:cognitione:atq; delectu.EVenirent:acciderẽt:& adessent secundũ naturæ ordinẽ.HOnestatis:dignitatis:atq; uirtutis.CArneadis:qui ut stoicis se opponeret:summũ bonũ in primigeniis posuit.ACcessione:additamẽto:& sequela:ideo appellauit cõsequentes fines.SImplex:sola sententia sine accessiõe in ipsa honestate:ut zenoni citieo placuit.DEcore:ornatu:& cultu ipsius animi.PYrrho:eliensis fuit:& in primigeniis nullũ posuit discrimen:sic etiã aristo:ut alibi dicẽ:herillus etiã primigeniorũ nullã habuit rationẽ:sed in scia:cultuq; ingenii summũ bonũ decreuit. Pyrrho q

simplex uoluptas stoicis consentire naturæ, quod esse uolunt e uirtute, idest honeste uiuere, quod ita ĩterpretantur uiuere cum intelligentia earum rerum, quæ natura euenirent, eligente ea, quæ essent secundum naturam, reiicienteq; contraria. Ita tres sunt fines expertes honestatis, unus aristippi, uel epicuri, alter hieronymi carneadis tertius, tres in quib⁹ honestas cum aliqua accessiõe, Polemonis, Calliphontis, & diodori. Vna simplex, cuius zeno autor, posita ĩ decore tota, idest honestate. Nam Pyrrho, Aristo, Herillus, iam diu abiecti, reliqui sibi constiterunt, ut extrema cum initiis conuenirent. Vt aristippo uoluptas, Hieronymo doloris uacuitas, Carneadi frui principiis naturalibus esse extremũ, epicurus autem cum in prima commendatione uoluptatem dixisset, si eam, quam aristippus, idem tenere debuit ultimum bonorum, quod ille, sin eam, quam hieronymus, fecisset idem ut uoluptatem illam in prima commendatiõe poneret. Nam q; ait sensibus ipsis iudicari uoluptatem bonum esse, dolorem malum, plus tribuit sensibus q̃ nobis leges permittunt. Priuatarum litium iudices sumus, nihil enim possumus iudicare, nisi quod est nostri iudicii. In quo frustra iudices solent, cum sententiam pronunciant addere, si quid mei iudicii est. Si enim nõ fuit eorum iudicii, nihilo magis hoc non addito, illud est iudicatum. Quid iudicat sensus? dulce, amarum, lene, asperum, prope, longe, stare, mouere, quadratum, rotundum. Quam igit̃ pronunciabit sententiã, ratio adhibita, primũ diuinarũ humanarũq; rex scia, quæ põt appellari rite sapia, deinde adiunctis uirtutib⁹, quas ratio oĩum rex dominas, tu uoluptatũ

ABIECTI:repudiati:& explosi:cum nullũ ponerẽt delectum in primis naturæ munerib⁹:quæ tollentes e medio etiam uirtutem ipsam excludebant:quæ aut talium selectio est:aut sine selectione:atq; delectu esse potest.SIBI CONSTITERVNT:idest consentanei fuerunt:seruaueruntq; constantiã citra uacillationem:& leuitatẽ: qua laborat epicurus:nã a principio naturali posito ad finẽ:& summã cõstãter ascenderũt:idest ad uoluptatẽ:uacuitatẽ doloris:& primigeniorum fruitionem.EXtrema:ultima:& fines.CVM initiis:principiis.COnuenirent:cõgruerent:cõsentirent:& minime discreparent.EXtremũ:ultimũ. IN prima cõmendatione:approbatiõe:& laudatione posuisset uoluptatẽ:si mobilẽ intelligebat: in illi⁹ cumulo summũ bonũ ponere:si stabilem: in ipsa:sed ꝓfectus a mobili ad stabilem trãsgressus est:& sibi nõ cõstitit:& prima cũ extremis nõ cõuenerũt:ideo dixit supra:quid igit̃ cõuenit ab alia uoluptate dicere naturã ꝓficisci:in alia summum bonũ ponere.VT uoluptatẽ illã:idest indolentiã.IN prima cõmendatiõe:approbatione cõsentanea naturæ:cuius munera sunt ipsa primigenia:natura cõmendat infantes uoluptati:idest cõciliat illos:efficit q; quasi amicos:& a dolore tanq̃ a capitali inimico abiungit:& alienat:prima igitur cõmẽdatio est ipsa cõciliatio:& affectio:quas natura indidit.SEnsib⁹ ipsis:iudicio sensuum: ut in canone dixit epicurus.PLus tribuit:maiorẽ dat autoritatẽ q̃ leges uelint:quæ ratione decernunt iudicẽ:nõ affectus sensuũ:q corrupti de uoluptate iudicãt.PRiuatarũ litiũ:idest particulariũ cõtrouersiarũ:& nõ publicorũ iudiciorũ:sed ad singulos spectantiũ:quisque inquit sui debet esse iudex:iudiciũ autẽ uerũ per potentiã nobiliorem exercetur:quæ in hoie dicit̃ recta ratio:hui⁹ & enim est uerũ dispicere:iudiciũ sensuũ cũ beluis cõmune nobis est:ratio autẽ ꝓpria hois:unde aristoteles peculiare bonũ rationalis aialis uestigans dicit:uiuere homini cõmune cũ plãtis:opus autẽ propriũ ipsius quærit̃:segregãda est igitur augendi:nutriendiq; uita:hanc sequit̃ sensilis:at ipsam etiã homini cũ equo:omniq; aiali cõstat esse cõmunẽ:restat igitur actiua quedã uita rationẽ habentis:sed cũ hæc ẽt dupliciter dicat̃:ea poni debet:quę est actu:hæc eni magis ꝓprie dici uidet̃:est igit̃ opus hois actio animæ ꝑ rõnem aut nõ sine rõne;hæc ille:priuata iudicia dicunt̃ ad differentiã publicorũ:quæ:ut habet̃.xlviii.digestorũ:ex legib⁹ publicorũ iudiciorũ ueniũt:ut est lex iulia maiestatis:cornelia de sicariis:priuata quondã singula dicebãt:inde priuilegia:priuataq; iudicia:quo tpe inqt gellius.xiiii.a prætorib⁹ lectus in iudices sum:ut iudicia:quæ appellant̃ priuata:susciperẽ:libros utriusque linguæ de officio iudicis scriptos cõquisiui.QVod est nr̃i iudicii:quod ꝑtinet ad nostrũ iudiciũ:quod q; scire possumus:& debemus.IN quo:in qua re iudiciaria.FRustra:in cassum:& sic notat imperitiã iudicũ addentiũ:siqd est mei iudicii:nã si hærebant in iudicãdo:illa additio nõ efficit rectũ iudiciũ:praue si quidẽ iudicãt:quod ipsorũ iudicii nõ est:Itaq; nõ liquet potius dicendũ est q̃ iudicãdũ:qđ gellius in ambigua causa se fecisse dicit his uerbis:& pro ꝑterea iura mihi nõ liquere:atq; ita iudicatu illo solutus sum:is inquit aristoteles in una quaque re bene iudicat:qui in illa est eruditus:& bñ quisque iudicat:quæ cognoscit:& ipsorũ bonus est iudex.QVid iudicat sensus:quasi dicat sensus iudex propriorũ obiectorũ:& sibi adequatorũ nõ iudicat de bono: & honesto:sed ratio & recta ratio:cui materia:quã tractet:& in qua uerset̃:subiecta est ueritas rerũ expetẽdarũ:& ipsa honestas:ergo qui taliũ rerũ iudiciũ tribuit sensib⁹:tota uia aberrat.DVlce amarũ:hoc iudicat gustatus.LEne:asperũ tactu:prope:longe:& cætera quæ sequuntur:discernit uisus.RATIO:ipsa me⁹ aduocata in cõsilium sapia:& uirtute:idest perfecto lumine humani ingenii.RIte:iure:ac merito.DOminas:gubernatrices:& uictrices ipsius fortunæ:uidistis inquit:taurus philosophus,apud gelliũ.xi.nõ sane iucũdũ spectaculũ:sed cognitu tñ utile: cõgrediẽtes:cõpugnãtesq; philosophũ:& dolorẽ:faciebat uis illa & natura morbi:qđ erat suũ distractionẽ:cruciatũ q; membrorum faciebat:contra ratio:& natura animi quod erat æque suum perpetiebatur:& cohibebat:coercebat q; intra se se uiolentias effrenati doloris:nullos eiulatus:nullas complorationes:ne ullas quidẽ uoces indecoras edebat;signa tamen quedam:sicut uidistis:existebant uirtutis:& corporis de possessione hominis pugnantium. Op⁹ hois qd sit.

SAtellites:stipatrices:& ancillas effectrices uoluptatis. ADeo:certe. SENtentia:iudicium. APplicetur:adiunga/
tur tanq̃ summum primigenium:ut callipho decreuit:non indignor inquit seneca:ꝙ post uoluptatem ponitur:sed
ꝙ omnino cum uoluptate conferatur:contemptrix eius:& hostis:& longissime ab illa resiliens:uirtus enim labori
& dolori familiarior potius uirilibus incommodis q̃ isti effeminato bono inferēda. DE uacuitate doloris:cōtra sen
tentiam hieronymi. REiicietur:repelletur:explodetur:statuens quod quaeritur in solis primigeniis: VLla ratio:opi
nio & sentētia:quae adiungit uirtuti uoluptatem:aut in dolentiam:& quae solam probat uoluptatem : qualis fuit
aristippi. PRobabitur:ꝓbabilis uidebitur : idest
reiicietur:& improba. REliquit duas : idest ra/
tionem stoicorum : & ueterum accademicorū : &
peripateticoꝝ. ETiam atq; etiam:idest multum:
& diligenter:quoniam ad talem indicaturam in
tento animo:& acri iudicio utendum est. STA/
tuet:decernet:iudicabit:ueram esse stoicam ratio
nem in solo decore positam. HOnestum:decorū:
pulchrum. TVrpe:indecorum:& obscenū : idest
ipsum probrum:& uitium. CEtera:reliqua om/
nia:quae commoda corporis putātur:& fortunae
bonaq; a peripateticis appellantur:& his contra/
ria:quae a stoicis reiicienda dicuntur:& illa eligen
da:taurus philosophus apud gellium sic loquit̄:
ex stoicorū sententia:neque aliud esse uere & sim
pliciter bonum:nisi honestum. Aliud quicq̃ ma/
lum:nisi quod turpe esset:existimatū est : reliqua
omnia:q̃ in medio forent : ac neq; honesta essent:
neque turpia:neque bona esse:neq; mala decretū
est:propterea uoluptas quoq; & dolor : ꝙ ad finē
ipsum bene:beateq; uiuendi nō pertineret : in me
diis relicta:& neq; in bonis:neq; in malis iudica/
ta sunt. MOmenti:uirium:& efficaciae. NEC ex
petenda:nec bona:NEC fugiēda:nec mala. ELI
genda.assumenda:ut commoda quedam. MO/
do:tantum. REiicienda:repellenda:& abiicien/
da tanq̃ incōmoda. AVT anteponet eam : idest
platonicam:& aristotelicam rationem : quae dat
principatum honestati:& addit prima secundum
naturam:ut dictum est:& latius inquinto expla/
nabitur patebitq; liquidius. CVM:partim. OR
natissimam:in primis decoratam. HOnestate:di
gnitatis:idest uirtutis ornatu. IPsis initiis:prin/
cipiis:sine primigeniis: TOtius uitae:omnium re
rum ad uitam spectantium : & felicitatem ipsam
ornantium. LOcupletem:opulētā : & copiosam.

Tauri dictum.

satellites & ministras esse uoluisti?Quarum adeo om-
nium sententia pronunciabit primum de uoluptate,ni
hil esse ei loci,non modo,ut sola ponatur in summi bo
ni sede,quam quaerimus,sed ne illo quidem modo,ut
ad honestatem applicetur. De uacuitate doloris eadem
sententia est. Reiicietur etiā carneades,nec ulla de sum
mo bono ratio,aut uoluptatis non dolendi ue parti-
ceps,aut honestatis expers probabitur. Ita relinquit du
as,de quibus etiam atq; etiam consideret,aut enim sta-
tuet nihil esse bonum nisi honestum,nihil malum nisi
turpe,cetera autem omnino nihil habere momēti,aut
tantum,ut nec expetenda,nec fugienda,sed eligenda
modo,aut reiicienda sint,aut anteponet eam cum ho-
nestate ornatissimam,tum etiam ipsis initiis naturae,&
totius perfectione uitae locupletem,quod eo liquidius
faciet,si perspexerit rerum inter eas uerborum ne sit
cōtrouersia. Huius ego nunc autoritatem sequēs idem
faciam. Quantum enim potero minuam cōtentiones,
omnesq; simplices sentētias eorum,in quibus nulla est
uirtutis adiunctio,omnino a philosophia semouēdos
putabo. Primum aristippi,cyrenaicorumq; omnium,
quos non est ueritum in ea uoluptate,que maxima dul
cedine sensum moueret,summū bonum ponere,con-
tēnentes istā uacuitatem doloris. Hi nō uiderunt,ut ad
cursum equū,ad arandū bouem,ad indagādum canē,
sic hominē ad duas res(ut ait aristoteles)intelligēdum,

QVod:statuere:& anteponere. EO:tanto:& multo. LIquidius:certius:purius:euidentius:quapropter in causis
ambiguis dici mos fuit:non liquet:& per.n.&.l.notabatur:demittebaturq; in iudicianam urnam:aut sitellam.
SI perspexerit:exacte cognouerit differentiam:quae uidetur esse inter rationem stoicam:& aristotelicam:uidentur
siquidem re & sententia concinere:uerbis tantum discrepare:idest appellationibus rerum:atq; nominibus:ut alibi
aperietur. REirum:sententiarum. EAS:rationes:& iudicia. COntrouersia:contentio:altercatio : & ambiguitas:
amphisbitisis dicitur a graecis. HVius:rationis:& sapientiae pensitantis omnia:& iudicantis. AVtoritatē:digni/
tatem:aestimationem:& sententiam imitatione dignam. IDem faciam:perspiciam ipsas controuersias:& tanq̃ ar/
biter honorarius carneadeo more disceptabo eas : atq; componam. MInuam:extenuabo contentiones:redigamq;
ad concordiam:quoad fieri potest:ut bonum:& aequum decet disceptationem:& iudicem. SImplices:singulares:
& non coniunctas:aut consequentes. A Philosophia:a magistra uitae:ac morum e mendatrice:necnon duce ad be
ne:beateq; uiuendum. CYrenaicorum:idest sectatorum aristippi:summum bonum in cumulo & summa corporea
rum uoluptatum ponētis:qui aristippi instituta seruauere inquit laertius:& ab illo cyrenaici sunt appellati:his opi
nionibus utuntur:duas perturbationes ponūt:dolorem & uoluptatem:uoluptatem lenem motum:dolorem uero
asperum appellantes:& uoluptatem cunctas animantes adsciscere:doloremq; aspernari:uoluptatem autem corpo
ris intelligunt:quā & finē esse dicunt:nō eam:quae in statu sit:& in doloris amotione consistit:uidet̄ eis finis a bea
ta uita differre:finemq; quippe esse particularē uoluptatē:beatā uero uitā siue felicitatem uoluptatū particularium
constare conuentu:quib⁹ & praeteritae cōnumerantur:& futurae:testimonio nobis esse finē habendā uoluptatē:ꝙ
a pueris hanc nobis natura conciliauerit:etiā absque iudicio rationis:& cum illa fruimur:nihil amplius quaerimus:
quod ꝓ nihil aeque ac dolorē naturaliter fugimus:uoluptatē praeterea bonū esse etiā si a turpissimis ꝓueniat reb⁹.
NON est ueritū:idest nō puduit:non habuerūt uerecundiā:gellius.xiiii. sic ait:ueritum sicut puditū:& pigitū non
personaliter:sed per infinitū dictū esse:nō a uetustioribus tantū uidemus:sed a.M.tullio in secūdo de finibus. HI:
cyrenaici con cognouerūt in cōstitutione finis humanā excellentiā:sed sic de homine decreuerūt : ut de quacunque
pecude:qua opinione nil posset exagitari a ratiōe alienius:in nobilissima siquidē parte hominis ponēdū est illi⁹ ex
tremū:nō in ea re:quae cōmunis est illi cū bestiis:praestantissima pars diuini aialis est ratio:in huius consumatione
summa bonorū ponitur:nō relicta natura:quae totū curat hominē:& nullā partē ut inutilē sine tutela relinquit cū
ab ipsa nil frustra fiat. AD cursum:in quo uidet̄ esse summa perfectio equinae naturae. INdagādū:inuestigādū per
narium sagacitatē. INtelligēdū:per potētiā:quā habet intelligēdi:& cōtēplandi quęcūque ambitu cęli continentur.

Cyrenaici q dicti.

Ad

AD agendum: idest ad notitiam rerū agendarum per prudentiam: quæ absolutio est eius mentis: quæ rerum agendarum habetur principium: ut in sexto moralium scribit aristoteles. Q Vasi mortalem: quasi dicat: qui homo differre uidetur a deo immortalitate tantū: cætera quasi cōmunia cum deo esse apparent: ac si diceret: homo est quasi quidam minor deus: unde syllius agens de hominis excellentia dicit: cui ratio: & magnæ cælestia semina mentis: munere sunt concessa deum: mortalibus alti: quantum celicolæ: tantundem animalibus istis: precellunt homines: tribuit nanque ipsa minores: hos terris natura deos. T Ardam: hæbetem: obtusam: & citra ingenii agitationē: & celeritatem: qua uis humani censetur ingenii: tardi dicuntur qui celeritate carent ingenii: & obtusum habēt acumen: idem in. iiii. tusculana: dicit: uelocitas corporis celeritas appellatur quæ eadē ingenii laus habetur propter animi multarum rerum breui tempore percursionem. L Anguidam: imbecillam: debilem: & nullo roboris: & constantiæ uigore præditam. AD pastum: cibi uoluptatem: atq; coitus. DIV Inum: sublime: atq; instructum ratiōe: & mente: qua nihil est in homine diuinius: oportet autem inquit aristoteles non quē admodum monent quidam humana nos sapere cum simus homines: aut mortalia cū simus mortales: sed quoad fieri potest immortales nos ipsos facere: cunctaq; efficere ut ea uita uiuamus quæ ab eo proficiscatur quod est eorum quæ in nobis sunt præstantissimū. Nam & si paruū est sua mole attamen ui: & prætio multum omnibus antecellit: uidebitur autem & unusquisque hoc esse: si quidem præcipuum est: & melius: absurdum igitur esset: si non suam: sed alicuius alterius expeteret uitam. ABsurdius: ab ipsa ueritatis rōne alienius. D Vcit: existimat solam in homine esse uoluptatem qua sensus hiant: oblectationes autem in usu rationis non uidit: corporis uoluptates ait in septimo moralium philosophus ex eo sibi hoc nomen uendicarūt: quia sæpissime occurrūt: & omnes sunt ipsarum participes. V Nam: solam: quoniam status animi sine dolore non uocatur uoluptas ut asserebāt epicuræi: ideo dicit aliter uobis placet. SED ille: aristippus. V Itiose: praue: indocte: peruerseq; solam duxit & summam uoluptatem: cum mens humana puriores longe: sincerioresq; habeat uoluptates: itaq; dicit aristoteles philosophiam admirabiles cum puritate: tum firmitate uoluptates habet: hæc ille: physicē: & dialecticen inquit laertius aspernabantur æque aristippei: & cyrenaici: posse enī & apte dicere: & extra superstitionem esse: mortisq; metum effugere qui rationem malorum: bonorūq; didicerit. FIgura: ipsa conformatio ad celum erecta: & non prona in uentrem ut cæteræ animātes: os homini sublime dedit ait ouidius: nonne uides inquit syllius hominū ut celsos ad sydera uultus: sustulerit deus: ac sublimia finxerit ora: cum pecudes: uolucrumq; genus: formasq; ferarum: segnem: atq; obscœnam passim strauisset in aluum. RAtio excellens: præstantissima uis & natura humani intellectus & mentis: atq; consilii. NEC audiendus: non est illi credendum: cum absurda & sentiat & dicat: decreuit siquidem summum bonum indolentiam: quam sæpe usurpauit epicurus: uoluptatemq; stabilem appellauit: quā suscepit epicurus inquit laertius in aristippo: summūq; bonum constituit: certe doloris amotio quam tuetur epicurus non uidetur cyrenaicis uoluptas esse: neq; priuatio uoluptatis dolor: uacatio illa doloris quasi dormientis est status. AD beate uiuendum: ad cumulum beatæ uitæ: bonum omne requirentis: beata siquidem uita dicitur cui nihil deest. ENnius: tragicus poeta qui ex epicuri sententia hoc enuntiauit. CEssando: nihil agendo. VT hic: hieronymus: de cuius decreto agitur. AGendo: actiones prudenter: & moderate tractando. CON siderando: intelligendo: commentando: cum ad utrunque natus homo sit: & ad id a natura subornatus sit atq; instructus. PRobaret: probabile diceret: aut ut uerum: uel potius uerisimile approbaret: atq; laudando affirmaret. ID: bonum carneadeum in primigeniis. EIVSMODI: talis naturæ & qualitatis: ut si uirtus addatur illis initiis non sit spernendum: quoniam primigenia cōplectitur omnia: quod actum non est ab his qui singula quedam approbarunt. AVCTORITATEM: dignitatem: & æstimationem. CVMVLATE: perfecte: quoniam omnia initia naturæ complectitur. DE Q VO: quare: idest uita beata & summo bono: quod nil aliud est q̄ bonorum omnium summa: & aggeratio quedam. ACcessione: additamento. NON ita: nō multum. PARCE: modice. REstricte: auare tanq̄ e foro: aut macello esset id pecuniis parandum. APprobauisset: commendasset. Q VE: prima naturæ. PRO nihilo: nulla

& ad agendum esse natum, quasi mortalem deum. Cōtraq; ut tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & ad procreandi uoluptatem, hoc diuinum animal ortum esse uoluerunt, quo nihil mihi uidetur esse absurdius. Atq; hæc contra aristippum, qui eam uoluptatem non modo summam, sed solam esse ducit, quā omnes unam appellamus uoluptatem, aliter autem uobis placet, sed ille (ut dixi) uitiose. Hæc enim figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat ad hanc unam rem natum hominem, ut frueretur uoluptatibus. Næc uero audiendus hieronymus, cui summum bonum est interdum idem quod uos, interdum, uel potius nimium sæpe dicitis, nihil dolere. Nō enim si malum dolor, carere eo malo satis est ad bene uiuendum. Hoc dixerit potius ennius. Nimium boni est, cui nihil est mali. Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. Nec eam cessando gaudentem, ut aristippus, siue non dolendo, ut hic, sed agendo aliquid, considerando ue quæramus. Quæ possunt eadem contra carneadeum illud summum bonū dici, quod is non tam, ut probaret, protulit, q̄ ut stoicis, quibus cum bellum gerebat, opponeretur. Id autē eiusmodi est, ut additum ad uirtutem, autoritatem uideatur habiturum, & expleturū cumulate uitam beatam, de quo hæc omnis questio est. Nam qui ad uirtutem adiūgunt uel uoluptatem, quam unam uirtus minimi facit, uel uacuitatem doloris, quæ etiam si malo caret, tamen non est summum bonum, accessiōe utuntur non ita probabili. Nec tamen cur id tam parce, tanq; restricte faciant intelligo, quasi enim emendum eis sit, quod addant ad uirtutem, primum uilissimas res addunt, deinde singulas potius q̄ omnia quæ prima natura approbauisset. Quæ cum aristoni & pyrrhoni omnino uisa sunt pro nihilo, ut inter optime ualere, & grauissime egrotare, nihil prorsus dicerēt interesse. Recte

Tardi q dicantur.

Voluptas stabilis ex epicuri sētētia.

aestimatione digna. DEsitum: cessatum. IN una: sola. relictis naturae initiis. SElectione: delectu rerum: & discrimine: quod nullum ponebant in his: quae natura commendasset: ut bona: aut reiecisset: ut mala: selectio dicitur a seorsum legendo & separando: uirtus autem est quedam selectio rerum: aut quae citra selectionem esse nõ potest: forma siquidem uirtutum est prudentia: cuius munus est bonorum & malorum habere delectum: quem qui ignorat: aut spernit: confuse uiuit. VNde: a quo principio: & fonte: quem natura parauit. VBI niteretur: ubi consisteret: pedemq; stabiliret: uirtus nanque in delectu bonorum & malorum consistit: & sic pyrrho: & aristo uirtutem nullam habebant: q̃q̃ eius nomen usurparent: illiq; solas

Selectio unde dicatur.

iam pridem contra eos desitum est disputari. Dum eni in una uirtute sic omnia esse uoluerunt, ut eam rerum selectione expoliarent, nec ei quicq̃, nec unde oriretur darent, aut ubi niteretur, uirtutem ipsam quam amplexabantur sustulerunt. Herillus autem ad scientiam omnia reuocans, unum quoddam bonum uidit, sed nec optimum, nec quo uita gubernari possit. Itaq; hic ipse iam pridem est reiectus, post enim chrysippum non sane est disputatum. Restatis igitur uos, nam cum academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi id sequi uolunt quodcunq; uerisimile uideatur. Cum epicuro autem hoc plus est negocii, q̃ e duplici genere uoluptatis coniunctus est, q̃q; & ipse, & amici eius, & multi postea defensores eius sententiae fuerunt, & nescio quomodo is qui autoritatem minimam habet, maximam uim cum illis populis facit; quos nisi arguimus, omnis uirtus, omne decus, omnis uera laus deserenda est. Ita caeterorum sententiis remotis relinquitur non mihi cum torquato, sed uirtuti cum uoluptate certatio. Quam quidẽ certationem homo & acutus & diligens chrysippus non cõtemnit. Totumq; discrimen summi boni in eadem comparatione positum putat. Ego autem existimo, si honestum aliquid ostẽdero, quod sit ipsum ui sua, propter seq; expetẽdum, iacere uestra omnia. Itaq; eo quale sit breuiter (ut tempus postulat) constituto, accedam ad omnia tua torquate, ubi si memoria forte defecerit;

darent partes: & maximas ex hac descriptione: inquit uarro apud eundem in primo academico: agendi quoque aliquid in uita: & officii ipsius initium reperiebatur: quod erat in conseruatione earum rerum: quas natura praescriberet. AMplexabantur: amare: & comprachendere: tueriq; uidebantur. SVstulerunt: e medio: cõmuniq; uita remouerunt: & fugauerunt. OMnia reuocãs: idest in ipsa scientia: siue animi perfectione: atq; cultu solum: & summum bonum ponens: hic ergo prima naturae ad corpus spectantia reliquit: & actiones penitus neglexit: quae ad uitam cum decoro agendam: & tuendam necessariae sunt: & sic mãca fuit eius ratio: & decretum. VNum quoddam bonum: unam rem in homine praeclaram: sed nõ omnia complexus est: quibus beata uita fastigiũ recipit: & cumulum. SED nõ optimum: idest omnia bona complexum: in qua summa consistit felicitas: idest supremus uitae status: cui nihil deest: omnis illa antiqua philosophia dicit idem cicero in primo academico: sensit in una uirtute positã esse beatam uitam: nec tamen beatissimam: nisi adiungerentur & corporis: & caetera: quae supradicta sunt: ad uirtutis usum idonea. NEC quo: idest non uidit initia naturae: non commoda fortunae usibus uitae necessaria: non prudentiã: qua humana uita gubernatur: & regitur: non delectũ rerum: quo mores plurimũ censentur. REiectus: explosus ut in fine constituendo imprudens: & a natura deficiens: a qua summi boni origo petẽda est. REstatis: superestis: & residui estis uos epicuraei: qui duplicem habetis uoluptatem: & ambigue loquimini: ut turpitudinem uestram tegatis: & praestigiis quibusdam declinetis calumniam & iustam taxationeꝫ: INcerta: dubia. LVctatio: pugna: & congressus: quoniam lubrici sunt: & nihil affirmant noui academici: de quorum decreto sic loquitur uarro apud eundem ciceronem in academicis: arcesilas negabat esse quicq̃: quod sciri posset: ne illud quidem ipsum: quod socrates sibi reliquisset: sic omnia latere censebat in occulto: neq; esse quicq̃ quod cerni: aut intelligi possit: quib⁹ de causis nihil oportere neq; profiteri: neq; affirmare quenq̃: neq; assertione approbare: cohibereq; semper: & ab omni lapsu retinere temeritatem: quae tum esset insignis: cum aut falsa: aut incognita res approbaretur: neq; hoc quicq̃ esset turpius q̃ cognitioni: & perceptioni assertionem: approbationemq; praecurrere: hanc academiam nouam appellant. DEsperata: extra omnem spem posita. CERti: firmi: stabilis: indubitati: & ueri. HOC tanto. NEgocii: laboris: & difficultatis: quoniam ambigue loquitur: & duplicem habet uoluptatem: mobilem uidelicet: ac stabilem: AVtoritatem minimam: idest qui minim⁹ philosophorum a doctis iudicetur: & quasi hereticus in philosophia: tamẽ apud imperitam multitudinem magnũ sibi nomen comparauit. MAximam uim: efficaciam: & persuasionem. CVM illis populis: uulgarib⁹ turbis: quas nomen allicit uoluptatis: de his ita scribit in academicis: uides autem nõ posse nos amafinii: aut rabirii similes esse: qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis uulgari sermone disputant: nihil definiunt: nihil partiuntur: nihil aperta interrogatione concludunt: nullaꝫ denique esse artem nec dicendi: nec disserendi putant. QVOS: populos: & imperitum uulgus nisi reprachendimus: & ratione coercemus: atq; fatigamus: actum est de uirtute: quam ministram uoluptatis: & quasi satellitem esse uolunt epicuraei. DEcus: ornat⁹: & splendor uitae studiosae. VEra laus: cõmendatio: & gloria: quam parit uirtus: quae apud sylium dicit: mecum honor: & laudes: & laeto gloria uultu: & decus: & niueis uictoria cõcolor alis: me cinctus lauro perducit ad astra triumphus. SEmotis: sepositis: & reiectis. CERtatio: per quandam collationem altercatio de possessione: ac sede summi boni. TVM discrimen: omnẽ differentiã: & controuersiam. COmparatione: collatione: & altercatiõe: in hac pugna dicebat chrysippus decretum uitae uictori proponitur: iccirco pro uirtute uota concipienda sunt: & uiris: equisq;: ut dicitur pro ea dimicandũ: ut ad lupanaria: & ganeas: ut par est: deturbetur uoluptas: cauendũ est maxime a uoluptate inquit aristoteles in extremo secũdo moraliũ: nõ eni incorrupti iudicamus de ipsa: ut ergo troianorũ senes erga helenã se habuerũt: sic & nos ad uoluptatẽ ipsam esse affectos: in oibusq; illorũ dicere uocẽ oportet: hoc eni mõ remouẽtes a nobis ipsam min⁹ peccabimus. HOnestũ aliqd: rẽ aliquã studiosam: & laudabilẽ. VI sua: ppria natura. PRopter se: dignitatẽ suã: atq; excellẽtiã: & nõ ob aliqd aliud: quodcũque illud sit: siue publicũ pcomiũ: siue uoluptas: ad quã oĩa epicuraei reuocabãt: & uirtutes ipsas in primis. IAcere: pstrata esse q̃cũque dicitis. QVale sit: cuius naturae: ac fortis. COnstituto: posito:

Dimicandũ p uirtute.

posito:& confirmato per propriam definitionem. SVGGeras: subministres: ad memoriam reuoces: subporrigas. TALE est: talis naturæ: atq; proprietatis. DEtracta: remota omni spe compendii e rebus externis. PREmiis: mercedibus. AVT fructibus: prouentibus: & usibus: PER se ipsum: per propriam uim: & naturam. IVRE: merito commendari: & celebrari. COMmuni iudicio: senten tia: cui fidem facit communis opinio: & studia & facta clarorum uirorum: qui rerum omnium norma sunt: & uera indicatura: unde aristoteles. vii. moralium id confirmat autoritate hesiodi dicentis: quam populi celebrant omnino fama perire: nulla potest. OPTIMI: præstantissimi: atq; benignissimi. STVdiis: curis. FActis: rebus præclare gestis. VNAM: solam: & ob nullum alium respectum. DEcet: conueniens est benignæ naturæ atq; decorum. REctum: iustum. HOnestum: laudabile: gloriosum: nam officii merces est ipsum officium: recte facti dicit seneca fecisse merces est. Ipsa quidẽ uirtus inquit tullius sibimet pulcherrima merces. EMolumentum: utile compendium: externamq; mercedem: aut fructum. RAtionem: intelligentiã & uiam siue modũ & artem. MENtẽ: p: cõsiliũ: cõsideratione: prudentiã. ACREM: acutã: sollertẽ. ET VIGentẽ: uigore: uel maxio præditã: & oium capacẽ: q̃ celo cõtinent: lactantius agens de cõformatiõe hois ad demetrianũ dicit: an potest aliqs nõ admirari: q̃ sensus ille uiuꝰ atq; celestis: q mens: uel aius nũcupatur: tantæ mobilitatis ẽ: ut ne cũ qdẽ: cũ sopitus ẽ cõquiescat: tantæ celeritatis ne uno quidẽ tẽporis puncto celum omne collustret: si uelit: maria peruolet: terras: & urbes peragret: omnia denique: quæ libuerit: q̃uis longe: lateq; submota sint: in conspectu sibi ipse constituat. AGItantem: mouentem: cõmentantem: tractantem. SAgacem: acute sentiẽtem. CAVsas: rationes: & principia. CONsecutiones: effectus causarum: & euenta. Similitudines transferat: a similibus causis & signis multa iudicet: unde locus topicus: de similibus idẽ esse iudicium. DIsiuncta coniungat: futura cum præteritis adnectat: & quid immineat ex præteritis prouideat. COMplectatur: cõprehendat. CONsequentis: futuræ. STAtum: conditionem: sortem: qualitatem: hæc omnia ea spectant: ut e naturalibus principiis demonstretur contra epicurũ uirtutum omnium cursũ esse ad honestatem: nõ ad uoluptatem: ut ille euomuit. EAdemq; ratio: ponit initia iustitiæ: quæ humanam societatem tuetur: & conseruat. RAtio: naturalis uia: modus: ars: & præscriptio mentis: & sagacitatis: artifex ille noster ac parens deus: inquit lactantius: dedit homini sensum: atq; rationem: ut ex eo appareret: nos ab eo esse generatos: quia ipse intelligentia: ipse sensus: ac ratio est. APpetentem: cupidum. NAtura: qualitate naturali. VSV: conuersatione: ac ciuilitate. CONgruentem: conuenientem. PROfectꝰ: incipiens: & exiens. A CAritate: amore: qui præcipuus est inter domesticos: & propinquos: habet enim gradus humana societas: & ab una domo ad omnis & domos & homines diffunditur. IMPLIcet: immisceat. SCRIpsit: in epistola: qua consulenti archytæ tarentino respondit. NON sibi soli: ad proprium usum: atq; commodum. IPSI: propriæ oblectationi: atq; priuato ocio. ET quoniam: fontem nunc prouidentiæ: ac sapientiæ reserat. VEri: certi: & indubitati: quoniam omnes homines: ut in prima philosophia dicit aristoteles: natura scire desiderant: signum huius rei ponit dilectionem sensuum: & eorum in primis: qui notitiam pariunt: & aliquam scientiam. FACillime: apertissime: citra difficultatem: & controuersiã. VAcui curis: ociosi: & curis domesticis: atq; ciuilibus liberi. AVEmus: cupimus. affectamus notitiam rerum sublimium: & admirabilium. HIS initiis: naturalibus principiis instituti: atq; insistentes parentis naturæ uestigiis: quibus ad uirtutem recte itur. FIdelia: fidem: idest integritatem dictorum: atq; factorum citra fraudem & deceptionem habentia. SIMplicia: pura: citra duplicitatem: ac dolos. CONstantia: firma: stabilia: & sibi consentanea: citra uacillationem: & fluctuationem in ratione officii: & alicuius assueuerationis: dixit supra: reliqui sibi constiterunt: ut extrema cum initiis conuenirent. VAna: futilia: perfida: & mendaciis plena. FALsa: simulata: & non simplicia. FALlentia: iniqua: deceptionis: & iniquitatis plena: prudentis uiri est: & iusti: nec mendacium dicere: nec mentiri. EAdem natura: fortitudinis initia hæc sunt: quæ natura cunctis hominibus ex ipsa uiuentibus ingenerauit. AMplum: magnum: & latum. MAgnificum: excelsum: & splẽdidum. ACcõmodatum: aptum: atq; idoneum. LEuia: nullius oneris: aut difficultatis animo quippe generoso & forti nil graue uidetur: & onerosum: quod uirtutis robur non superat. Ratio inquit gellius affectiones primitus & penitus inditas conuellere: obsurpare: atq; extinguere uix potest: pugnat autem cum his semper: & exultãtes eas opprimit obterit q;: & parere sibi: atq; obedire cogit. OMnia humana: quæcunque possunt homini accidere modo humanas uires magnitudine sua non exuperent: ut fulmina impetus aquarũ: & cætera id genus horrenda: quibus humanæ

tutum est ut suggeras. Honestum igitur id intelligimus quod tale est, ut detracta omni utilitate sine ullis præmiis, fructibus ue per se ipsum possit iure laudari, quod quale sit, nõ tam definitione qua sum usus intelligi potest (q̃q̃ aliquantum potest) q̃ communi omnium iudicio, & optimi cuiusq; studiis atq; factis, qui permulta ob eam causam una faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum est, & si nullum consequuturum emolumentum uident. Homines enim & si multis aliis, tamen hoc a bestiis plurimum differunt, q̃ rationem habeant a natura mẽtemq; datam & acrem & uigentem celerimeq; multa simul agitantem & (ut ita dicam) sagacem, quæ & causas rerum & consecutiones uideat, & similitudines transferat, & disiuncta coniungat, & cum præsentibꝰ futura copulet, omnemq; complectatur uitæ consequentis statum. Eademq; ratio fecit hominem hominum appetentem, cumq; his natura, & sermone, & usu congruentem, ut profectus a caritate domesticorum, ac suorum, currat longius, & se applicet primo ciuium, deinde omnium mortalium societati. Atq; ut ad archytam scripsit plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur, & quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini ueri inueniendi, quod facillime apparet, cum uacui curis etiam quid in cælo fiat, scire auemus. His initiis inducti oĩa uera diligimus, idest fidelia, simplicia, constantia, tum uana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Eadem ratio habet in se quiddã amplum, atq; magnificum, ad imperandum magis, q̃ ad parendum accomodatum, omnia humana non tolerabilia solum, sed etiã

Officii merces qd sit.

Prudẽtis uiri officium.

pantia inter me:& illum qui aliter accipit: atque expendit honestum quam reliqui philosophi: & maxime stoi-ci:qui asseuerant honestum esse sua sponte: atque natura laudabile. NOBILIS celebre habens non ironice loqui tur Cicero. OMNIS BARBARia natio barbara moribus: & lingua. COMmota affecta: & in sui dogma-tis admirationem conuersa. RVMore sermone uulgi famaq;. HOC quod laudat uulgus in quo non est iudici- Vulgus um. Seneca decimoseptimo epistolarum dicit: cum tragicus ille apud nos aut Magnificum est laudari a laudato ignobile. uiro laude digno:aut Magnanimus inquit Aristoteles his honoribus qui & magni sunt:et a studiosis hominibus

magna dissensio? Philosophus nobilis a quo nõ solum græcia, & italia, sed etiam omnis barbaria cõmota est, honestum quid sit si id non est in uoluptate negat se intelligere, nisi forte illud quod multitudinis rumor laudetur. Ego autem hoc turpe esse sæpe iudico, & si quãdo turpe non sit, tamen non esse non turpe cũ id a multitudine laudetur. Quod si sit ipsum perfectum atq; laudabile, non ob eam causam tamen illud dici honestum esse, quia laudetur a multis, sed qa tale sit ut uel si ignorarent id homines, uel si obmutuissent pulchritudine sua tamen esset specieq; laudabile. Itaq; idem natura uictus (cui obsisti non potest) dicit alio loco, id quod ad te etiam paulo ante dictum est, non posse iucunde uiui nisi honeste. Quid nunc honeste dicit, Idem ne quod iucunde? Ergo ita non posse honeste uiui, nisi honeste uiuatur, an nisi populari fama? Sine ea igit iucunde negat posse uiuere. Quid turpius q̃ sapientis uitam ex insipientium sermone pendere? Quid ergo hoc loco intelligit honestum? Certe nihil nisi quod possit ipsum ꝑpter se iure laudari. Nam si ꝑpter uoluptatẽ, quæ est ista laus, quæ possit e macello peti? Nam is uir est ut cũ honestatem eo loco habeat, ut sine ea iucunde neget posse uiui. Illud honestum quod populare sit sentiat, & sine eo iucunde neget posse uiui, aut quicq̃ aliud honestum intelligat, nisi quod sit rectum ipsum, quod ꝑ se sua ui, sua natura, sua sit sponte laudabile. Itaq; Torquate cum diceres clamare Epicurum non posse iucunde uiui nisi honeste, & sapienter, & iuste uiueretur, tum ipse mihi gloriare uidebare tanta uis inerat in uerbis propter earum rerum, quæ significabantur his uerbis dignitatem ut altior fieres, ut interdum insisteres, ut nos intuens quasi testificarere laudari honesta

offeruntur moderate lætabitur: sed eos honores quos quiuis homines tribuunt paruipendet omnino: non enim his dignus: similiter & id quod est honori: contrarium non enim iure fuerit circa ipsum. SAEPE ut plurimum quoniam raro iu-dicat recte imperita multitudo: & si quando inquit turpe non est per se: propriaq; ui & natura tamen fit turpe cum a uulgo laudatur. A MVltis idest imperitis. TALE SIT talis naturæ quali-tatisq;. IGNORARENT nescirent id esse factum. OBMVTVIssent muti essent effecti: laudareq; non possent. SPECIE forma & splendore. IDEM epicurus. NATura benignitate naturæ: quæ omnium honestorum semina in nobis ingenerauit. VICtus superatus quoniam uis maxima est ipsius naturæ: cui resisti non potest: & falsam superat opinionem. IVCVnde suauiter: & cum delectatione. QVID Nunc Honeste Dici-tur? querit cicero de torquato horum uerborum sententiam: ut ostendat epicureum honestum id esse quod uulgo laudatur: & non illud quod sua est natura laudabile etiam si a nullo sciatur: aut laudet. ERgo ita scilicet dicit & sentit. AN Nisi POPulari FAma idest rumore uulgi: & cõmen-datione. SINE EA IGItur deridet cicero talem de honesto opinionem: atq; sententiam philoso-pho penitus indignam: alibi dicit qui pẽdet a laude imperitæ multitudinis in magnis uiris non est habendus. TVRPius probrosius: & uitupera bilius. VITam conditionem uiuendi & sortem: ut non a se pendeat: sed aliunde: idest opinari esse se felicem si a multis laudetur: aut infelicem si ui tuperetur: aut quod est absurdissimum. HOC LOCO in ratis opiniotibus & sententiis inter quas hanc ponit de honesta uita & iucunda: cer-tum est inquit quod de uero honesto intelligit: sed postea uacillat: loquiturq; inconstanter & sentit: amplectitur siquidem populare honestum: & uulgare declinat dehonestamentum: nullam conscientiæ suæ habens rationem: uitatq; tantum testes turpitudinum: qua opinione nil pernicio-sius excogitari potest: unde dicit seneca. Inno-centes quidam se putant testem respicientes non conscientiam. PROPTER SE propter suas dotes: & non aliquid alind. ISTA LAVS tale ho

nestamentum & commendatio: quam obsonia prestare possunt: & comparare. Macellum area quondam siue fo-rum ubi obsonia uendebantur: & unde coci conducebantur ad parandas cenas: & exquisite concinnandas: & condiendas: adhuc dicitur ædes sancti Viti in macello prope arcum galeni imperatoris. PETI queri: & sumi e ganeis popinis: & lustris. NON IS VIR EST quasi dicat talis est epicurus ut honestum populare teneat separaretq; uita & moribus a uero honesto quod in Cyriis doxis posuerat: & sic notat epicuri leuitatem: inconstantiam: men-temq; probrosam: cum aliter scripserit: & aliter senserit: uixeritq; quod uitium etiam salustio adscribit lactantius: qui nequam hominem illum appellat: tales homines philosopham habent linguam: mentem uero sceleribus infe-ctam. EO LOCO HABEAT estimatione qualitate: sorte: dignitate. VT SINE EA honestate tanq̃ prima: uel potius maxima ad iucundam uitam: quam epicurus querebat. QVOD SIT POPVLARE quod in populi rumore consistat. Vnde tales homines rumusculos captare dicuntur: & illis inhiare. SENTIAT intelligat & de tali honesto sit eius sententia. AVT QVICq̃ ALIVD is est inquit epicurus ut intelligat & ponat nouum & absurdum quoddam honestum separatum ab eo cui hæc appellatio iure indita est: quoniã sit sua ui & natura laudabile: etiam si a nullo laudetur ordo est: non ne is uir est ut habeat: sentiat: aut intelligat: & reliqua. RECTVM iustum: uerum: fidum: constans. PER SE per propriam qualitatem & dotem. SVA VI propria significatione. SVA NATVRA naturali bonitate: ac estimatione. SVA SPONTE a se ipso: & non ob aliquid aliud. LAVdabile dignum laude. Laudabile idest ait Aristoteles quod aliqua bona qualitate affectum est: & ad aliquod bo Laudabile quid. num opus refertur: & studiosum. TANta VIs efficatia ad mouendum & suadendum. DIGnitatem excellentiã. ALtior FIeres assurgeres gloriabũdus. INsisteres acqeesceres: moramq; faceres quasi mirabundus. TEStificarere

affirmares ut locuples testis epicureæ honestatis. PHILOSophia philosophica institutione: quæ decus uitæ possetur: & uirtutes omnis. AD STVdium curam: & exercitationem: quod autoritate confirmat platonis: qui de pulchro agens in eo dialogo: qui phædrus inscribitur hanc ponit sententiam: repetitam hic a Cicerone: & in primo de officiis. ACERRImus accutissimus: & perspicacissimus. ARDEntis magnos: & æstuantes. CVR TANdem? adhunc ne finem excitaret: ait cicero quia uoluptates: ut ait epicurus aquirere calleret: atque parare

Callidi qui. quasi dicat absurdissimum est ita sentire. CALLida astuta et callidi dicuntur: quorum animus usu concalluit.

tem, & iustitiā aliqñ ab epicuro q̄ te decebat his uerbis uti, q̄bus si philosophi nō uterent philosophia omnino nō egeremus. Istoꝝ enim uerboꝝ amore. Quæ per raro appellantur ab epicuro sapientiæ, fortitudinis, iustitiæ, temperantiæ, præstantissimis ingeniis homiēs se ad philosophiæ studium contulerunt. Oculorum inquit plato est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus, quam illa ardentis amores excitaret sui si uideretur. Cur tandem? An ꝙ ita callida est, ut optime possit architectari uoluptates. Cur iustitia laudatur. An uerum est hoc tritum uetustate prouerbium Qui cum in tenebris. Hoc dictum in una re latissime patet, ut in omnibus factis re non teste moueamur. Sūt enim leuia, & perinfirma quæ dicebantur a te cum animi conscientia improbos excrutiari, tum etiam pænæ timore, qua aut afficiūtur, aut semper sunt in mætu ne afficiantur aliquando. Non oportet timidum, aut imbecillo animo fingi, non bonū illum uirum qui quicquid fecerit ipse se cruciet, omniaq; formidet. Sed oīa callide referentem ad utilitatem, acutum, uersutum, ueteratorem, facile ut excogitet quomodo occulte sine teste, sine ullo conscio fallat. An tu me de lucio Tubulo putas dicere? qui cum Prætor questionum inter sicarios exercuisset ita aperte cœpit pecunias ob rem iudicandam, ut anno proximo. P. Sceuola. Tr. Plebis ferret ad populū, uellent ne d' ea re quæri, quo plebiscito decreta a senatu est consuli q̄stio. GN. Scipioni, pfectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus ē erat enim res apta. Non igitur de iprobo, sed de callido iprobo quærim⁹ q̄lis. Q. Pōpeius in fœdere numātino

ARchitectari comparare: construere concinnare more architecti qui princeps designatiōis: & edificationis dicitur. CVR laudatur? quasi dicat ideo celebratur: quoniam nemini nocet: prodest qb⁹ potest: & ueritati semp fideiq; ihæret & initur: quæ est dictorum: atq; factorum constantia et ueritas: qualitas iustitiæ hoc adagio in primis ostenditur quod in una re positum ad cætera omnia transfertur quæ integritatem mentis desiderant: & ueritatē adagium: siue prouerbium: ut finit diuus hieronymus in expositione canticorū est sententia quæ aliquid palam enuntians aliud intrinsecus indicat: hoc enim iquit cōmunis usus prouerbiorū docet. TRITVM usitatum: usurpatum. QVI cum quo. IN tenebris obscuritatibus amoto lumine aliquid possis digitorum motione diuidere citra fraudis suspitionem. Idem in tertio de officiis dicit. Nonne est turpe dubitare philosopho quæ ne rustici quidē dubitent: a quibus natum est id quod iam tritum est uetustate prouerbium: cum enim fidem alicui⁹ bonitatē ꝑ laudant: dignum esse dicunt: qui cum in tenebris hoc quidem habet uim nisi illam nihil expedire: quod non deceat: etiam si id possis nullo refellente obtinere: hactenus cicero. Micare est aliquid digitis sortiri: & eum ludum exercere: qui uulgo mora dicitur in quo uaria explicatio digitorum fit: & ipostura calidorum uiget maxime. IN una re micatione digitorum: & sortitione. LAtissime Idest ad omnia transfertur: quæ ad iustitiam spectant: & ueram simpliciumque agendi rationem cui malitia opponitur iniquitati adherens: atque fraudulentis iniuriis. RE rei turpitudine: quæ propter se fugienda est etiam si nullus adsit testis Verecundi ait cyrus apud xenophontem: quæ turpia sunt in lucefugiunt. Temperantes uero etiam in obscuro. Innocentem quisque se dicit inquit Seneca respiciens testem: non conscientiam. MOueamur afficiamur disponamur ad aliquid agendum: uel non agendum habita ratione honestatis ꝑpter se appetēdæ: & turpitudinis ꝑpter se fugiendæ: moueri est incitari ad aliquid: atq; appetere. SVNT .n. leuia: certe inqt cicero q̄ dixisti de iustitia: & iniusto homine: quem torquet conscientia: & ob id uoluptate priuatur pondus non habent: quoniam & si accidit quod dixisti simplicibus uiris: tamen secus est de uersutis: & callidis qui gaudent iniquitate fruunturque iniuriis: quas occulte: ac sine testibus inferre possunt: & ad propositum finem uestrum per fas tendunt: & nefas epicurei. Siquidem non simplicem hominem querunt. sed uersutum: & malitiosum: ut simulare sciat: & dissimulare: necnon dura fronte: & inuerecundo uultu ad utilitatem grassetur: & uoluptatem. LEuia nullius momenti. INFIRma debilia: & efficatiam non habentia ad id demonstrandum quod uos uultis. CVM partim EXcruciari: torqueri conscientia sceleris. FINGI conformari: & poni in exemplum: & ueritatem tuæ sententiæ. INBEcillo fracto debili. BONVM ILLVM VIRVM simplicem hominem innoxium: purum: qui se ipsum punit cum delinquit: & semper est in timore. CALIDE uafre: astute: malitiose. ACVTVM perspicacem. VERsutum celerem: & promptum ad noua consilia: tempori apta: uersuti sunt quorum mentes celeriter uertuntur. VETERATOREM fraudulentum. Veterator dicitur maliciosus: fraudator: & callidus a multarum rerum uetustate: ac usu. AN TV ME quasi dicat de tubulo: & similibus est mea sententia. QVEstionem inquisitionem: iudicium: sicarii dicuntur a sica genere gladii quem ferunt ad insidias. Vnde lex cornelia de sicariis. FERRET poneret in consultationem plebis: & deliberationem. QVERI questionem haberi: & inquisitionem fieri. PLEBISCITO: decreto: & iudicio. DECRETA demandata. IMPROBO simpliciter malo: sed etiam astuto: & uafro. Q. pompeius. L. florus agens de numantino bello dicit. Q. pompeium prælio aggressi fedus tamen maluerunt cum debellare potuissent. Hostilium deinde mancinū: hunc quoq; ꝑ assiduis præliis ita subegerūt: ut ne oculos qdē: aut uocē numātini uiri q̄squam sustineret: tn̄ cū hoc quoq; ꝑ fedus maluere cōtēti armoꝝ manubiis cū ad itemecionē sæuire potuissent: hæc florus. Idē cicero i ultio de officiis uolmie dicit hui⁹

Veterator qui.

deditionis

deditionis ipse posthumius qui debebatur suasor & autor fuit: quod idem multis post annis. C. Mancinus: qui ut numantinis quibus cum sine senatus autoritate fedus fecerat dederetur rogationem suasit eam quam. L. furius: & Sex. Attilius ex senatusconsulto ferebant: qua accepta est hostibus deditus: hōestius hic q̄. Q. pompeius: quo cum in eadem causa esset deprecante accepta lex non est hic ea quæ uidebatur utilitas plus ualuit q̄ honestas: apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis autoritate superata est. INFICiando negando & irritum faciendo quoniam senatus non habuit ratum fedus ictum cum numantinis. Inficiari est negare aliquid esse factum: siue irritum ostendere. OMNIa timentem qualem tu posuisti bonum illum uirum. NON Curet non estimet: non reformidet. COMprimere tegere: abscondere simulando: & dissimulando. NEGocii laboris. OCCultus dissimulator: & tegens mentem: tectusq; dicitur & occultans animi secreta: & probrosum animum. INDIcet aperiat demonstret. ESSe Versutum habere uersutiam & quandam quasi transformationē quam proteo ascripserunt poetæ: unde dxiit horatius. Quo teneam uultus mutantē protea nodo. Idem cicero agens de natura deorum ait. Versutos eos appello quorum cæleriter mens uersetur. ADEsse presto fuisse in consilio: & deliberatione. Adesse etiam est in iudicio fauere: quod pertinet ad aduocatos. DEFFErret narrando. poneret in amicorum consultationem & iudicium. SE sextilium. AB EO fabio testatore. ID rogatum fuisse. IMpune sine pena: & metu: quoniam nullus aderat testis. REDargueret reprehenderet. HVnc sextilium. CVIus INterresset cuius utilitas agebatur. DEBuisset cum esset pater: & directe non posset heredem relinquere fabiam filiam ꝓpter legem uoconiam quæ ut autor est pedianus asconius decernebat: ut census idest pecuniosus heredem filiam non relinqueret: heres proprie is dicitur: qui succedit in uniuersum ius quod defunctus habuit: et hereditas est talis successio. SE Iuratum idest qui iurasset in illam legem quam cato uir grauissimus suaserat: ut ipse dicit apud ciceronem in catone maiore. AMplissimi nobilissimi: & ornatissimi. NEmo CEnsuit iudicauit: statuit suasit. FAbiæ filiæ scilicet fabii testatoris. LEge Voconia sanciōe ac decreto talis legis definientis qd filiæ deberet quam pater relinquere non posset heredem. EORum Sententiam opinionem & decretum stoicorum qui nil bonum ducunt præter honestum aut ueterum academicorū: & peripateticorum honestati primas tribuentium. HONesta laudabilia. RECta iusta: uera: & decora. ANXIO mœsto. SOLLIcito inquieto: sollicitudo est animi & corporis conquassatio. LEtus gaudio perfusus & gestienti lætitia exultans: quapropter debile est quod dixisti cruciari conscientia iniquos: atq; iniurios. MAGNI AEstimabat magnifaciebat pecuniam quocunq; modo comparatam: quod non fecisset si ad conscientiam respexisset: & non ad testes: atq; rumorē uulgi: æstimare rem significat pretium illi apponere: atq; indicare. Vnde indicatura dicta. LEGIbus fauore legum: & permissu. VEL etiam cum summo discrimine ut summam habeatis uoluptatem. REcta decora. HONEsta laudabilia. STATVunt iudicant decernunt. PER SE sua sponte: propriaq; ui & natura. DECoris rectitudinis: & ornatus uitæ. HONestatis uirtutisq; iusto præconio digna est. VEStris epicuræis ad uoluptatē omnia referētibus. MEtiuntur mensurant. SI MAGna RES ampla fors: & patrimonium. HEREDItas in omne ius alterius successio. AGetur tractabitur: disceptabitur. Vnde dicimus agitur respublica: aguntur uectigalia: agitur caput. SVum FInem uoluptatem. AD HOnestatem uirtutem: & ueram commendationem. COMMOtus irritatus & impulsus. CVM CAusa DIMIcabit: idest certabit cum eo negotio quod admisit: nitetur q; dissimulare si poterit: sin autem fortiter feret quicquid acciderit: is cum causa dimicat qui quoquo modo ipsam optinere nititur: uel negando: & tergiuersando se explicare contendit: ca-

Inficiari quid.

Sollicitudo quid.

inficiando fuit. Nec uero omnia timentem, sed primū q; animi conscientiam non curet, quam scilicet comprimere nihil est negocii. Is enim qui occultus, & tectus dicitur tantum abest, ut se indicet, perficiet, etiam ut dolere alterius iprobe facto uideatur. Quid enim est aliud esse uersutum? Memini me adesse. P. Sextilio Ruffo cum is rem ad amicos ita deferret, se esse heredem. Q. Fabio Gallo, cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam ꝑueniret. Id sexnlius factum negabat, poterat autem impune. Quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat, eratq; uerisimilius hūc mentiri, cuius iteresse, quā illum qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam se in legem uoconiam iuratum, cōtra eam facere non audere, nisi aliter amicis uideretur. Adderamus nos quidem Adolescentes, sed etiam multi amplissimi uiri. Quorum nemo censuit plus Fabiæ dandum quam posset ad eam lege uoconia peruenire. Tenuit permagnam Sextilius hereditatem, unde si secutus esset eorum sententiam. Qui honesta, & recta emolumentis omnibus, & commodis anteponerent, ne nummum quidem unum attigisset. Num igitur postea censes anxio animo, aut sollicito fuisse? Nihil minus, contraq; illa hereditate diues, ob eamq; rem lætus. Magni enim æstimabat pecuniam non modo contra leges, sed etiam legibus partam, quæ quidem cum periculo est quærēda uobis. Est enim effectrix multaꝝ & magnarum uoluptatum. Vt igitur illis qui recta, & honesta. Quæ sunt, eaq; statuunt per se expetenda, adeunda sunt, quæuis pericula decoris, honestatisq; causa sic uestris, qui omnia uoluptate metiuntur, pericula adeunda sunt, ut adipiscātur magnas uoluptates. Si magna res, magna hereditas agetur, cum pecunia uoluptates pariantur plurimæ. Idemq; erit epicuro uestro faciendum, si suum finem bonorum sequi uolet. Quod Scipioni magna gloria proposita si Hanibalem in Africam retraxisset. Itaq; quantum adiit periculum? Ad honestatem enim ille omnem conatum suum referebat, non ad uoluptatem, sic uester sapiens magno aliquo emolumento commotus, cum causa si opus fuerit dimicabit, occultū facinus esse potuerit, gaudebit.

usa dicitur res equa: per quam: a qua: & propter quam fit aliquid: posset etiam legi dimicabit cum casu: idest fortuito euentu: ut uulgo dicitur posuit se ad fortunam: atq; periculum. DEPREHENSVS captus in scelere: cognitusq;: sceleratus: & facinorosus. INSTRuctus munitus eo philosophico instrumento quod tradidit epicurus. IMPAtibilem intolerabilem. TOLERabilem facilem. SED FINge confirmat cicero leuia fuisse & infirma quae dixit torquatus: quoniam potentes penam non timent. & ideo si erunt iniurii nulla sollicitudine afficientur: tu autem dixisti iccirco fugiendam esse iniuriam: quoniã afferat poenae metum: & animi angorem: ego autem dico iccirco uitandam esse quia per se turpissima sit: & iustitiam colendam quia sua sponte: ac propter se honestissima: hec est uera ratio philosophandi recteq; uiuendi: non epicurea quae latebras turpidinum uenatur: & conscientiam nihil penitus curat. PRaepotentem ualde opulentum: & fortunatum: opibus uidelicet subnixum: & clientelis. VT. M. CRAssus plutarchus dicit Romanos dictitasse. M. Crassum habere fenum in cornu quoniam illi qui caeteros in Re. pu. lacerabant hunc tanq̃ munitum & iniuriarum uindicem fugiebant: & postea dictum fuisse Caesarem crasso fenum detraxisse. SVO BONO naturali aequitate: atq; innocentia. POTErat esse iniurius sine timore poenae cum esset praepotens. Maxima certe uirtus est in magna peccandi licentia seruare iustitiam: & aequitatem. NEC VSq̃ nullibi. HVNC NOStrum familiaritate nobis coniunctum. EFFIgiem imaginem. HVMAnitatis eruditionis: humanitas inquit gelius dicitur eruditio: institutioq; in bonas artis: quas q sincere appetunt hi sunt uel maxime humanissimi. PRObitatis: bonitatis et rectitudinis. DOctus humanitate excultus. SPLendido claro illustri. VLtro sua sponte. MANDatum commissionem ita dixerim. EO tanto. NATurae naturalis bonitatis et honestatis quam natura probat in primis auersaturq; turpitudinem. REFERatis reducatis: & reuocetis. OFFIcium uirtutem ipsam quae fons est omnium officiorum idest decentium actionũ. REctam NAturam iustam: & generosam. RATionem PRauam corruptam & falsam opinionem de rebus appetẽdis & fugiendis qualem habebant epicurei de uoluptate: propriis q; commodis. ASPIDem praesentis ueneni serpentem. VSpiam alicubi. IMPRudentem inscium ignarum IMPRobe inique: quoniam homo debet homini omne id quod praescribit natura quae hominẽ homini cõmendauit: & nulla est utilitas ubi non est honestas. COArguere notare cum nullus adsit testis. A NATura iudicio & uoluntate naturae: cui honesta uita congruit in primis. PROficiscantur oriãtur: idest si causa harum uirtutum est utilitas aut uoluptas: & non ipsa uirtus: quae sibi est pulcherrima merces: uir uere bonus non inuenietur. OMnia Haec quae pertinent ad aequitatem: fidem: iustitiam: quas propter commoda: & iucunda expetendas & cõparandas dicebant epicurei. A Laelio quem in libris ciuilibus cicero constituit iustitiae patronum contra phili rationes quibus iustitiam uituperabat: ut plato in sua re. pu. assertorem iustitiae induxit socratem contra cauillationes sophistarum. TRansfer Idem trasmuta inquit hoc quod de iustitia & prudentia diximus ad temperantiam & fortitudinem: quae nullae sunt: nisi a natura pficiscantur: & si testem uitare contentae sunt: nõ ipsam turpitudinem p se fugiendam: dicebat siquidem epicureus honestum id esse quod populari fama celebratur: & turpe itidem quod cõmitatur infamia. Vnde cõsequens erat non esse aliquid per se ipsum flagitiosum modo ignoretur ab hominibus profanam hanc opinionem damnat Cicero. MODESTIAM eam uirtutem quae modum imponit dictis: factisque: quae modestia moderatio: & temperantia. Sophrosine cosmiotis: & metriotes dicitur a graecis. OBEDIENS RAtioni quae apponit circunstantias: ut scilicet oportet quando: quomodo: quantum: ubi: & caetera id genus quasi repagula: quae ratio cupiditati obtendit: ne longius q̃ deceat excurrat: atque exultet.

Humanitas quid.

Dictiões graecae.

Deprahensus omnem paenam contemnet. Erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exilium, ad ipsum etiam dolorem. Quem quidem uos cum improbis paenam proponitis, impatibilem facitis, cum sapientem semper boni plus habere uultis tolerabilem. Sed finge non solum calidum eum qui improbe aliquid faciat, uerum etiam praepotentem, ut. M. Crassus fuit, q tamen solebat uti suo bono, ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda, esse enim quamuis uellet iustus, iniquus poterat impune. Quam multa uero iniuste fieri possunt, quae nemo possit reprehendere. Si te amicus tuus moriens rogauerit ut hereditatem reddas suae filiae, nec usq̃ id scripserit, ut scripsit fabius, nec cuiq̃ dixerit. Quid facies? tu quidem reddes. Ipse epicurus fortasse redderet, ut Sex. Peduceus. Sex. F. Is qui hunc nostrum reliquit effigiem, & humanitatis, & probitatis suae filium, tum doctus tum omnium uir optimus et iustissimus, cum sciret nemo eum rogatum a. Q. Plorio equite Ro. splendido Nursino ultro ad mulierem uenit, ei quae nihil opinãti uiri mandatum exposuit, hereditatemq; reddidit. Sed ego ex te quaero (quoniã idem tu certe fecisses) non ne intelligis eo maiorem uim esse naturae q ipsi uos qui omnia ad uestrum commodum, & ut ipsi dicitis ad uoluptatem referatis, tamen ea faciatis e quibus appareat, non uoluptatem uos, sed officium sequi, plusq̃ rectam naturam, q̃ rationem prauam ualere? Si scieris inquit Carneades aspidem occulte latere uspiam, & uelle imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris nisi admonueris ne assideat Sed impunite tamen id te cõstat fecisse, quis enim coarguere possit? Sed nimis multa. Perspicuum est animi nisi aequitas, fides, iustitia proficiscantur a natura & si omnia hec ad utilitatem referantur uirum bonum non posse reperiri, sed de his rebus satis multa in nostris de Repub. libris sunt dicta a Laelio. Transfer idem ad modestiam uel temperantiam. Quae moderatio est cupiditatum rationi obediens. Satis ne ergo

PVDori

PVDOri uerecūdiæ:pudicitiæ:modestiæ. CONsulat pudeat. PAREat obtēperet uenereæ cupiditati. PER SE propria natura:etiam si nullus adsit testis:qui nobis infamiæ notam posset inurere. CALCVLIS SVBDVctis idest habita ratione uoluptatum:& illis sibi propositis,in pericula ruunt:quod est absurdissimum:ut de prudētia dictum est:atque iustitia:calculi sunt lapilli quibus ratiocinatores utuntur in cōputis ita dixerim. Idemque ē ratiocinari:calculos subducere:& calculorum rationem habere:idest respectum ad calculos:& calculorum gratia quippiam agere:is calculos uoluptatum subducit;qui ad uoluptates refert quecunque facit:& illarum habet rationē non uirtutum:quæ naturam sequuntur ducem.

pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat:an est aliqd per se ipsum flagitiosum ēt si nulla cōitetur infamia. Quid fortes uiri uoluptatum ne calculis subductis prælium ienūt:sanguinem pro patria profundūt? An quodam animi ardore, atque impetu concitati? Vtrum tandem censes Torquate,imperiosum illum, si nostra uerba audiret. Tuam ne de se orationem libē tius auditurum fuisse an meam? Cum ego dicerem eum nihil fecisse sua causa,omniaq; Reip.tu contra nihil nisi sua,si enim id etiam explanare uelles aptius,diceres nihil eum fecisse nisi uoluptatis causa. Quomodo eum tandem laturum fuisse existimes? Esto fecerit (si ita uis) Torquatus ꝑpter suas utilitates,malo enim dicere,quam uoluptates,in tāto præsertim uiro. Num etiam eius collega. P.Decius princeps in ea familia cōsulatus, cum se deuoueret, & equo admisso in mediā aciem latinorum irruebat, aliquid d' uoluptatibus suis cogitabat? Nam ubi ēt caperet? aut quando cum sciret confestim esse moriendum, eamq; mortem ardentiore studio peteret,quam epicurus uoluptatem petendam putet. Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo filius, neq; porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in prælio,seq; ex continenti genere tertiam uictimam rep.præbuisset. Contineo me ab exemplis græcis,hoc modicum est. Leonidas, epaminundas. Tres aliqui, aut quattuor. Ego si nostros colligere cœpero,perficiam illud quidem ut se uirtuti tradat constringendam uoluptas, sed dies me deficiet & ut Aulus Varius. Qui est habitus iudex durior dicere consessori solebat, cum datis testibus,alii tamen citarentur,aut hoc testium satis est,aut nescio qd satis ē,sic a me satis testium est dictum. Quid enim te ipsum dignissimum maioribus tuis, uoluptas ne induxit, ut adolescentulus eriperes .Publii. Syllæ consulatum? Quem cum ad Patrem tuum retulisses fortissimum uirum. Qualis ille, uel consul, uel ciuis, cum semper,tum post consulatum fuit. Quo quidem authore nos ipsi ea gessimus,ut omnibus potius quam ipsis nobis consuluerimus. At quam pulchre dicere uidebare, cum ex altera parte ponebas cumulatum aliquem plurimis, & maximis uoluptatibus, nullo nec præsente, nec futuro dolore. Ex altera autem

ARDORE animi æstu quodam honoris:et gloriæ. IMpetu stimulo:atque impulsu naturæ consentaneo:et uirili. IMPEriosum seuerissimum unde manliana imperia dicta: de quibus alibi: hic est Manlius torquatus qui securi percuti iussit filium quod iniussu suo pugnasset:ut dictum est: Manlius qui.
Vnde Virgilius seuumque securi aspice torquatum. SVA causa propter suam utilitatem:aut uoluptatem. QVOmodo:quo animo:quasi dicat iniquo:& irato. TANTO excellenti: & grauissimo. DEcius qui deuouit se pro romanis legionib9: ut late scribit liuius li. octauo priæ decadis PRINCEPS primus autor: & consul in deciorum familia: deuouere est dare se diis inferis uictimam pro aliorum incolumitate: ac salute. EQVO admisso admotis calcaribus concitato & in hostes impulso. STVdio cura: & promptitudine animi. FILius cum esset collega fabii in bello æthrusco:lege historiam apud liuium libro decimo primæ decadis. PORRO deinceps. E CONTInenti connexo continuato. V.CTImam hostiam: & libationem pro incolumitate exercitus:atque uictoria. HOC MODICVM EST idest pauci sunt tales homines:& duces in græca historia:leonidas rex lacedemonius cæcidit ad thermopylas: epaminuudas dux thebanorum in pugna apud Mantineam:codrus athenensis:& Meneceus thebanus. NOSTROS romanos. PERFICIAM concludam obtinebo TRAdat CONSTRINGENDum fateatur se uictam tradatque uictrici ligandas captiuas manus. DEFICIET destituet:ac relinquet. DVRIOR:idest seuerus:rigidus:atque præfractus CONSESSORI simul sedenti:& socio iudici in causis. CITARENTVR uocaregtur ad testificandum P.SYLLE. In oratione pro P. sylla torquatum sic alloquitur Cicero. Si nihil aliud sylle nisi consulatum abstulissetis tamen eo uos Cicerõis dictum.
contentos esse oportebat:honoris enim contentio uos ad causam:non inimicitiæ deduxerunt:o miserum:o infelicem illum diem:quo consul omnibus centuriis P. sylla renuntiatis: o falsam spē uolucremque fortunam: reliqua erat huic iudicio dissimilis illa contentio cum afflicto P. sylla consulatus uobis patiebatur:sicuti partus est:honoris erat certamen:ereptum repetere uos clamitabatis: ut uicti in campo: in foro uinceretis. QVEM consulatum. RETVLISSES reportasses tanquam ambitu ereptum a P. sylla. FORtissimum constantissimum: & animosissimum. QVO autore suasore: ac duce in oratione pro P. sylla dicit:ut omnes exaudiant clarissima uoce dicam harum omnium rerum quas ego in consulatu pro salute omnium suscepi: & gessi. L. ille torquatus cum esset meus contubernalis in consulatu:cum signifer esset iuuentutis omnibus rebus illis interfuit: nunquam est a me digressus studio consilio autoritate unus adiuuit plurimum cū infirmitatem corporis animi uirtute superaret. CONSVluerimus prouiderimus quoniam iquit capitales mihi comparaui inimicitias: & caput obieci his fluctibus qui in me redundarunt. PVLCHRE honeste:atque magnifice. CVMVlatum repletum

ADIVNCTA:præsenti. NEC sperata:futura. QVErebas:interrogabas. L. THOrius:eleuaturus cicero torquati rationem ponit exemplum. L. thorii uoluptatibus exquisitissimis cumulati:& ostendit talem hominem potius infelicem appellandum esse q̃ felicem:longeq; illi regulum anteponendum maximis cruciatibus affectum. LAnuuinus:ex lauuinio oppido latii:quod uulgo ciuitas lauina dicitur. EXQuisita : delicata : & curiose comparata. INTELligens:peritus:& sagax. EIVS generis:naturæ:& qualitatis:idest iucundæ rei:& uoluptariæ. NON superstitiosus:nullum habens timorem superioris naturæ:ut præscripserat epicurus. IN SVA PAtria:lanuuio:ubi erat templum sospitæ iunonis : cui noui consules magnifico libabãt sacrificio:ut idẽ cicero autor ẽ in oratione pro. L. murena. FINIEbat:.i.nõ terminabat eas eo modo: quo epicur⁹:ut diceret:aliquas esse naturales:et necessarias:aliq̃s naturales & nõ necessarias aliquas uero inanes : sed satiabat se oibus citra discrimẽ aliqd̃: & ois esse opinabat naturales : & necessarias : & sic erat epicuro probrosior. RATIONEM:curam: respectuz. AD CONCOQVENDVM.digerendum. CETERA ILLA:uenereas uoluptates : quas in libro de summo bono posuit epicurus : ut dictum est. NON MOLLITER:non effeminato animo:ac fracto:sed cõstanti : & forti. MEDICIS:qui medicamentis curant dolores:philosophi autem rationib⁹. INTEGRA:illesa: & prospera. GRATIA:uenustas:& lepor. CONFERTA:repleta uariis uoluptatibus. SIC:tali copia uoluptatis cumulatum:& redundantem omni dolore amoto. NON AVDEO : non præsumo. IPSA VIRTVS:robur animi inuictum:& fortitudo: quæ dicitur:quæ uiri uirtus habetur:& est:a cuius similitudine cæteræ mediocritates appellantur uirtutes. NVLLA VI:urgẽte alia aliqua causa:& necessitate. PRETER FIDEM : idest sola fide:quam hosti dederat cogente : tantæ religionis tunc erat iusiurandum. POTENTEM IN ROSA:idest omnibus affluentem delitiis: quas conuiuiales rosarum corollæ ostendunt in primis:unde uulgo dicitur in floribus uiuit : qua propter dixit horatius mitte sectari rosa quo locorum sera moretur. TRIVMPHARAT:de salentinis triumphauit regulus : & collegam habuit. L. libonem in primo consulatu:in altero. L. manlium. CASVM:infortunium : & suppliciũ. VOLVNTARIVS:non iniucundus:non miserabilis:quoniam beatos etiam dicimus eos : qui constanter : & fortiter tolerant aduersa : & superant. HILARITATE:letitia:& LASCIuia: luxu uitæ : & iucunditatum affluentia. RISV: successu ad uotum. IOCO : uerborum licentia: quæ leuitati semper adhæret. TRISTES:moesti : & non hilares. FIRMITATE:robore animi in tolerandis malis citra lasciuiam. CONstantia:grauitate:ac seueritate citra risum:& iocum. BEATI : felices. STVPRATA : uiolata : & polluta stupro sexti tarquinii:lege historiã apud liuium in fine primi uoluminis:& dionysium lib. iiii. TESTATA CIVES:idest precata:& ultionem implorans. VIR ET PATER : collatinus:& lucretius brutus:& collatinus primi consules pulsis tarquiniis:creati sunt : deinde cum se collatinus consulatu abdicasset: ualerius publicola datus est collega bruto:quo in acie mortuo : lucretius tricipitinus lucretiæ pater creatur. TENVIS:infimæ sortis. DE MVLTIS : ignobilibus. SVA MANV:a lanio inquit liuius arrepto cultro uirginius transfigit pectus puellæ:respectans[q;] ad tribunal : te inquit appi tuumq; caput sanguine consecro : lege historiam apud liuium lib.iii. & dionysium.xi. gellius dicit crepidarium cultellum rogasse uirginium a crepidario sutore : dederat nefarium hoc negocium appius.xuir. M. claudio clienti suo:ut uirginem in seruitutem assereret : ueluti natam domi suæ furtoque inde translatam in domum uirginii : suppositamque illi fuisse : maluit inquit ualerius in exemplis interfector uirginis esse uirginius : q̃ corruptæ pater.

Iunonis sospitæ tẽplũ ubi

Triũphauit qs de salentinis

cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiuncta, nec sperata uoluptate, et quærebas, qs aut hoc miserior aut superiore illo beatior foret? Deinde concludebas summũ bonum uoluptatem. L. thorius. Baldus lanuuinus, quem meminisse tu non potes. Is ita uiuebat, ut nulla tam exquisita posset inueniri uoluptas, qua non abundaret, erat & cupidus uoluptatum, & cuiusuis generis eius intelligens, & copiosus. Ita non superstitiosus, ut illa plurima in sua patria, & sacrificia, & fana cõtemneret. Ita non timidus ad mortem, ut in acie sit ob rempub. interfectus. Cupiditates non epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate, habebat tamen rationem ualitudinis, utebatur his exercitationibus, ut ad cænam & esuriens, & sitiens ueniret, eo cibo, q & suauissimus esset, & idem facillimus ad cõcoquendum, uino & ad uoluptatem, & ne noceret, cætera illa adhibebat, quibus demptis, negat se epicurus intelligere quid sit bonum, aberat enim omnis dolor, qui si adesset, nec molliter ferret, & tamen medicis plus q̃ philosophis uteretur. Color egregius, integra ualitudo, summa gratia, uita deniq; conferta uoluptatum omnium uarietate, hũc uero beatum oratio uestra sic cogitat. Ego huic quem anteponam non audeo dicere, dicet pro me ipsa uirt⁹, nec dubitabit isti uestro beato. M. regulum anteponere, quem quidem cum sua uoluntate nulla ui coactus præter fidem, quam dederat hosti, ex patria carthaginẽ reuertisset, tum ipsum cum uigiliis & fame cruciaret, clamat uirtus beatiorem fuisse q̃ potentem in rosa thorium, bella magna gesserat. Is bis consul fuerat, triumphaart, nec tamen sua superiora illa tam magna, nec tã præclara ducebat, q̃ illum ultimum casum, quem propter fidem, constantiamq; susceperat, qui nobis miserabilis uidetur audientibus, illi perpetienti erat uoluptarius. Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis, sed sæpe etiam tristes firmitate, & constantia sunt beati. Stuprata per uim lucretia a regis filio testata ciues se ipsam iteremit. Hic dolor. Po. Ro. Duce & autore Bruto causa ciuitati libertatis fuit, ob eiusq; mulieris memoriam primo anno & uir, & pater eius consul est factus. Tenuis. L. uirginius, unusq; de multis sexagesimo anno post libertatem receptam uirginem filiam sua manu occidit pot⁹ q̃ ea Ap. Claudii

LIBIDINI:nefandæ cupiditati.SVMMO IMPERIO:decemuiratu.DEDERETVR:omnino addiceretur ut serua:& ancilla contra uindicias.PATROCINIVM:defensio:tutela.CAVSA:negociū:quod defenditur in hoc iudicio rationibus & testibus.LAVDATORES:assertores.MONIMENTIS:recordationibus: histo- ria inquit gellius:est rerum gestarum uel expositio:uel narratio:sed historiæ tutte appellantur:annales cum res ge- stæ plurium annorum:obseruato cuiusq̄ anni ordine:componuntur:cum uero per singulos dies res scribitur:dia- rium dicitur.EXCITAMVS:frequenter commouemus:& q̄q̄ mortuos aduocamus intestes:& laudatores uirtu tis.GLORIOsis:honestis:& arduis.MVTA EST:nullum habet uoluptatis uestræ assertorē.SCHOLA:epicuræa:& hortensi disputatione: schola dicitur ocium & cessatio:nec non disce pta tio ipsa umbratilis:& ociosa: hortus fuit schola siue gymnasium epicuri:lycurgus legislator lace demonius:solon:milciades:themistocles atheni- enses:epaminundas thebanus:de quibus copio- se dixi quondam in commentariis officiorum. TRACTARE:disputare: atq; rimari.SVP- PEDITABIT:subministrabit magnā uim ex emplorū.EX THESAVRIS SVIS:idest mo- nimentis magnam uim exemplorum complexis: pomponius etenim atticus librum de temporib⁹ scripsit ad ciceronem in bruto sic dicentem:com- plexus est atticus eo libro:quo me alloquut⁹ est: omnem rerum memoriam breuiter:& diligenter. TANTIS:numerosis: atq; diffusis: quod lo- quacitatem sapit:& leuitatem.ISTA:idest ta- lia modum excedentia.INGENVAS DISCI- PLINAS:liberales artes.NOBIS:romanis gra uioribus: & seuerioribus.ET EXTRA:idest bona fortunæ.HONEStum:decorum.SPLEN DIDA: illustris: & gloriosa.DIGNITATE: præstantia: & excellentia.OBSENIS: uenere- is:& probrosis.TVERI:defendere salua fron- te.STVDIA:exercitatiōes: & officia.TABV LE: picturæ: cleanthes stoicus fuit ex asso urbe troadis.COMMODE:apte:decenter: & inge- niose.IVBEBAT:hortabatur.IN SOLIO:re gia sede.PRESTO ESSE:apparere:& famu- latum præbere:ministeriumq;: inde appantores magistratuum.DVCERENT: existimarent es se suum munus.VT CAVERET:idest caute uitaret hominum offensionem:sciret.n. simulare: ac dissimulare:ut uoluptate potiatur: & utilita- te:quæ sententia cum suam conscientiam non re formidet: modo aliena caueat: perniciosissima est:non enim turpia relinquunt propter ipsa: sed propter infamiam:qui talia sentiunt:quapropter nacti latebras in omnem obscenitatem se proři- piunt.IMPRVDENS:inconsulta: & improui- da.ALIQVIS DOLOR:molestia & interpel- latio uoluptatis.AIAT:affirmet: non curo di- cit cicero quid loquatur epicurus: sed quid illi cō sentaneum sit loqui: qui in uoluptate summum bonum statuit.CHIRRVS:murenarum uiua- rium inquit plinius priuatim excogitauit chir- rus ante alios: qui cænis triumphalibus cæsaris dictatoris sex milia numero murenarum mutua appendit:nam permutare quidem prætio noluit: aliaue merce:ostreorum uiuaria primus omnium sergius orata inuenit in baiano ætate.L.crassi o- ratoris ante marsicum bellum: nec gulæ causa: sed auaritiæ:is primus optimum saporem ostreis lucrinis adiudicauit.MAGISTER:præcipuus doctor in gloria palati.IPse:epicur⁹.NISI PLA NE:omnino:& penit⁹.FATVI sint:impruden tes:& ignorātes cupiditatū fines.PLAne cupiāt: finitas habeant cupiditates:& modū oīno ignorēt.

Historia qd sit.

Cleantes unde fuerint.

libidini,qui tum erat summo in imperio,dederet. Aut hæc tibi torquate sunt uituperanda, aut patrocinium uoluptatis repudiandum. Quod autem patrocinium, aut quæ ista causa est uoluptatis, quæ nec testes ullos e claris uiris, nec laudatores poterit adhibere? Vt enim nos ex analium monimentis testes excitamus eos; quorum omnis uita consumpta est in laboribus glo- riosis, qui uoluptatis nomen audire non possent, sic in uestris disputationibus historia muta est. Nunq̄ audiui in epicuri schola, lycurgum, solonem, milciadem, the- mistoclem, epaminundam nominari, qui in ore sunt cæterorum omnium philosophorum. Nūc uero quo- niam hæc nos etiam tractare cepimus, suppeditabit no bis atticus ex thesauris suis, quos, & quantos uiros ha- bere testium sat est. Non ne melius est de his aliqd q̄ tā- tis uoluminibus de themistocle loqui, sint ista græco- rum, q̄q̄ ab his philosophiam, & omnes ingenuas di- sciplinas habemus, sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis. Pugnant stoici cum peripateti- cis. Alteri negant quicq̄ esse bonum, nisi quod hone- stum sit. Alteri plurimum se & longe, longeq; pluri- mum tribuere honestati, sed tamen & in corpore, & extra esse quædam bona, & certamen honestum, & di sputatio splendida, omnis est enim de uirtutis dignita- te contentio. At cum tuis si disseras, multa sunt audien da etiam de obscænis uoluptatibus, de quibus ab epicu ro sæpissime dicitur. Non potes ergo illa tueri torqua- te (mihi crede) si te ipse & tuas cogitationes, & studia perspexeris. Pudebit te inq̄ illius tabulæ, quam cleantes sane commodis uerbis pingere solebat. Iubebat eos, qui audiebant secum ipsos cogitare pictam in tabula uoluptatē pulcherrimo uestitu, & ornatu regali in so- lio sedentem, præsto esse uirtutes, ut ancillas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi ut uoluptati ministrarent, & eam tamen ad aurem ammo nerent, si modo id pictura intelligi posset, ut caueret, ne quid perficeret imprudēs, quod offenderet animos hominū, aut quicq̄ e quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem uirtutes sic natæ sumus, ut tibi seruiremus. Ali ud nihil negocii habemus. At negat epicurus (hoc enī uestrū lumen est) queq̄ qui honeste non uiuat, iucūde posse uiuere. Quasi ego id curē, qd ille aiat, aut neget. Illud quæro quod ei, qui in uoluptate summum bo- num putat, consentaneum sit dicere. Quid affers, cur thorius posthumius, cur chirrus, cur omnium magi- ster erata non iucundissime uixerit? Ipse negat (ut ante dixi) luxuriosorum uitam repræhendendam, nisi pla- ne fatui sint, idest nisi aut plane cupiant, aut metuant.

QVArum rerum:cupiditatis & metus. MEdicinam:remedium dicens:si liberent asotos metu:aut doceant fines cupiditatum. LIcentiam:prauam libertatem luxuriosæ cupiditati. HIS:infinita cupiditate:ac deorũ mortisq; metu. DEtractis:exceptis. ASotorum:prodigorum & luxuriosorum. DIrigentes:metientes:moderantes: & ad ipsam omnia reuocãtes. TVeri:defendere. COnseruare:integram:& impollutam custodire:ne a uoluptariis polluatur procis:liberali ergo custodia est opus:ne corruptissimis opinionib⁹ ad eãm pateat accessus. NE malum habeat: idest timore supplicii:unde dicit horatius: oderunt peccare boni uirtutis amore: tu nihil admittes in te formidine pœnæ: sit spes fallendi: miscebis sacra profanis.

Quarum ambarum rerum cum medicinam pollicet, luxuriæ licentiam pollicetur. His enim detractis negat se reperire in asotorum uita quod reprehendat. Non igitur potestis uoluptate omnia dirigẽtes aut tueri, aut retinere uirtutem. Nam nec uir bonus aut iustus haberi debet, qui ne malũ habeat, abstinet se ab iniuria. Nosti, credo, illud. Nemo pius est qui pietatem cauet. Caue quicq̃ putes esse ueri⁹. Nec enim dum metuit iustus est, & certe si metuere destiterit, non erit. Non metuit autem siue celare poterit, siue opibus maius quicq̃ fecerit, certeq; mallet obtinere existimari bonus uir, ut nõ sit, q̃ esse ut non putetur. Itaq; certissimum est pro uera certaq; iustitia simulationem nobis iustitiæ traditis, præcipitisq; quodam modo, ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionẽ aucupemur. Quæ dici eadem de ceteris uirtutibus possunt. Quarum omnium fundamenta uos in uoluptate tanq̃ in aqua ponitis. Quid enim fortem ne possumus dicere eundem illum torquatum? Delector enim q̃q̃ te non possum (ut ais) corrumpere, delector inq̃ & familia uestra & nomine, & hercule modo uir optimus, nostriq; amantissimus. A. torquatus uersatur ante oculos, cuius quantum studium, & q̃ insigne fuerit erga me tẽporibus illis quæ nota sunt omnibus, scire necesse est utrunq; uestrum, quæ mihi ipsi, qui uolo & esse, & haberi gratus, grata nõ essent, nisi eum perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua, nisi hoc dicis sua, ꝙ interest omnium recte facere. Si id dicis uicim⁹. Id enĩ uolumus, id contendimus, ut officii fructus sit ipsum officium. Hoc ille tuus non uult, omnibusq; ex rebus uoluptatem quasi mercedem exigit. Sed ad illũ redeo. Si uoluptatis causa cum Gallo apud anienem depugnauit prouocatus, & ex eius spoliis sibi & torquem, & cognomeñ induit, nullam ob causam nisi ꝙ ei talia facta digna uiro uidebantur, fortem non puto. Iam si modestia, si pudicitia, si uno uerbo temperantia pœnæ, aut infamiæ metu cohercebuntur, non sanctitate sua se tuebuntur, quod adulterium? quod stuprum? quæ libido se non ꝓripiet, ac proiiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? quid illud torqua-

ILlud:illam sententiam tragico metro celebratã. PIVS:iustus deo tribuens patriæ ac parentibus quod illis debetur. QVI cauet:idest caute:& ob timorem supplicii aut infamiæ iustitiam colit:idẽ in quarta tusculana dicit:a malis natura declinamus quæ declinatio si cum ratione fiet:cautio appellatur. CAVE putes:noli putare ne existimes. DVM metuit:ob timorem simulat iustitiam:siue pietatem. SI DEstiterit metuere:idest remoto metu: talis simulator nõ erit iustus:quoniã ignoratione proposita: aut impunitate iniustus erit: atq; iniurius: abiecta iustitia quam simulabat. NON metuit:ponit duos modos abiiciendi timoris:uidelicet si occulte poterit esse iniquus: aut si est potens & leges non timet. OPIbus:potentiis: idest factionibus:clientelis. OPtinere:assequi:&

Vir bon⁹ qui. impetrare ut bonus uideatur & non sit: potiusq̃ uideri & non esse:quæ prauissima est opinio: uir quippe uere bonus uult potius esse q̃ uideri: quoniam fructus honestatis maiori animo in cõscientia reponitur q̃ in fama populari: uotum socratis apud platonem in phedro tale est:o amice pan & alii omnes qui locum hũc incolitis dii: date mihi ut pulcher intus efficiar: & quecunque extrinsec⁹ habeo: itrinsecis amica sint. PRO uera: sincera: & non fucata:aut simulata. CERTA:stabili ac ueris radicibus nixa:idest uoluntate:atq; proposito. SImulationem:fictionem quandam:& fucum. QVodãmodo:aliqua uia:& occulto quodam siue obliquo præceptionis ordine. STAbilem:ueram & certam:quæ non mutatur:& semper testis est admissi sceleris. ERrantem: incertãi credulam:& simulatione deceptam. AVCVpemur:queram & uenemur more illorum qui simplices decipiunt aues aut uisco: aut rete. TANq̃ in aqua:in re mobili:& nullam soliditatem habẽti. ET nomine:fama & gloria. QVantum studium:cura:& conspicua industria. TEmporibus illis:publicis difficultatibus: & periculis in catilinaria scilicet coniuratione. MEA causa:meo respectu:non suo. QVod interest:utile & compendiosum officio fungi:quod est e natura hominis maxime. CONTEndimus:disputando affirmamus:& obnixe statuimus. FRVctus: merces remuneratio:quoniam fructus officii est ipsum officium. EXIgit:petit:querit. AD ILlum:torquatum. PROuocatus:inuitatus ad singulare certamen: gallus inquit liuius processit: & quantum maxima uoce potuit:quem nunc inquit roma fortissimum uirum habet procedat agedum ad pugnam: ut noster duorũ euẽtus ostẽdat:utra gens bello sit melior. VLlam:aliquam:scilicet propter uoluptatem:aut utilitatem. VIRO:uiri robore: atq; animi generositati præfractę:atq; inuictæ. FORtem: fortitudinis laude dignum. MOdestia:moderatio cupiditatum. PVdicitia:integritas circa oscula:resq; uenereas. TEmperantia:sedatrix affectuũ:& perturbationũ circa

Sophrosine quid. cibum:potũ:uenerem:& cætera id genus:in quibus temperantia incorruptum seruat iudiciũ:& iccirco sophrosine dicitur a græcis quasi conseruatrix mentis & prudentiæ. POEnæ:supplicii. COercebuntur:reprimentur: & retrahentur. SAnctitate:propria integritate:& puritate:qua temperantia fruitur ut peculiari & summo bono. TVEbuntur:defendent se atq; cõseruabunt sua innocentia:& religiosa seueritate. ADulterium:cum nupta. STuprũ:cum uirgine. QVE libido:nefanda uenus ubicunque & undecũque nulla habita rõne loci:status:naturæ: sexus. NON proripiet:nõ se temerario impetu ad omnia rapiet:uirgilius in bucolicis:quo nunc se proripit ille. PRoiiciet: quasi eiaculabitur:atq; extẽdet. OCcultatione:latebra. IMpunitate:securitate supplicii. LIcentia:praua libertate

qua

qua hi grassantur qui magis opibus ad illicita se proripiunt: sunt quæ semper licentia ipsa deteriores. NOmine fama: & celebritate. IN genio prudentia GLOria splendore rerum præclare gestarum: usque ad hanc ætatem quæ publicis paratur honoribus: & maiora quædam expectantur in dies. Dogma uestrum: inquit cicero hinc colligitur esse turpissimum quod non audetis publice illud profiteri: dissimulatis nomen uoluptatis tanq̃ probrosum & romana grauitate: ac bellicosa statu indignum. CONtendis animi contentione: & nixu paras: & facis. Q VO ad quod ueluti ad finem: atque propositum. IN conuentu corona ciuium: & cetu frequentiaque. MEreri lucrari

te. Q uale tandem uidetur te isto nomine, ingẽio, gloria. Q uæ facis. Q uæ cogitas. Q uæ contendis. Q uo referas, cuius rei causa pficere quæ conaris uelis. Quod optimum deniq̃ in uita iudices, non audere in conuẽtu dicere? Quid enim mereri uelis cũ iam tu magistatũ inieris, & in cõcionem ascenderis, (est enim tibi edicẽdum, quæ sis obseruaturus in iure dicendo, & fortasse etiã si tibi erit uisum aliquid de maioribus tuis, & de te ipso dices more maiorum. Quid merearis igitur ut dicas te in eo magistratu omnia uoluptatis causa factu rum esse, teq̃ nihil fecisse in uita nisi uoluptatis causa? An me inquis tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? At tu eadem ista dic in iudicio, aut si coronã times dic ĩ senatu nunq̃ facies. Cur? nisi q̃ turpis est oratio. Me ne ergo, & Triariũ dignos existimas apud quos turpiter loquare? Verum esto, uerbum ipsum uoluptatis non habet dignitatem, nec nos fortasse intelligimus, hoc. n. identidem dicis, non ĩtelligere nos uoluptatem, quã dicatis. Rem uides difficilem, & obscuram. Indiuidua, & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse intelligimus, uoluptas quæ passeribus omnib⁹ nota est, a nobis ĩtelligi ñ potest? Q uid si efficio, ut fateare, me non modo. Q uid sit uoluptas scire, (est enim iucũdũs motus in sensu) sed etiã quid eam tu uelis esse? Tu enim eam ipsam uis, quam modo ego dixi, & nomen imponis in motu ut sit, et faciat aliquam uarietatem. Tu aliam quandam summã uoluptatem cui addi nihil possit, eam tum adesse cum omnis dolor absit, eamq̃ stabilem appellas. Sit sane ista uoluptas. Dic in quo uis conuentu te omnia facere ne doleas. Si ne hæc quidem satis ample, satis honeste dici putas, dic te omnino, & in isto magistratu, & in omni uita facturum nihil nisi quod expediat, nihil deniq̃ nisi tua causa, quem clamorem concionis, aut quam spem consulatus eius qui tibi paratissimus est, futuram putes Eam ne rationem sequare. Q ua tecũ ipse, & cum tuis utare, profiteri ãt, & in medium proferre non audeas? At non illa quæ Peripatetici, quæ stoici dicunt semper tibi uera sunt, in iudiciis, in senatu, officium, æquitatem, dignitatem, fidem, rectã, honesta, digna imperio digna. P.R. omnia pericula pro Rep. mori pro patria. Hæc cũ loqueris nos Barrones stupemus, tu uidelicet tecũ ipse rides. Nam ĩter ista tã magnifica uerba, tamq̃ præclara non habet ullum uoluptas locũ, nõ modo illa quam in motu esse dicitis, quam omnes urbani rustici oẽs inq̃ qui latine loquunt̃ uoluptatem uocant. Sed

MAgistratum urbanam præturam. IN concionẽ pulpitum: siue puteal. EDIcendum enunciandum more maiorum: ut uetus est institutum: & usus. Q VID merearis lucrari uoles: quasi dicat p omni auro mũdi talia non essent dicenda: ergo nec facienda. AMENtem insanum. IMperitos uulgares cetus: & forensem turbam. IN iudicio in consessu iudicũ: qui piti habent̃. COronã cetũ circũstantis populi. Vnde illud ouidii. Consedere duces: & uulgi stante corona. IN SEnatu in curia: et consessu patrum: & senatorum qui prudentissimi & habebant̃: & erant. TVRpis probrosa: et indigna romãis auribus. DIgnitatem honestatẽ: atq̃ decorẽ. IDENtidem sepissime. Q VAM dicatis quoniam duplicem habetis mobilẽ: uidelicet: ac stabilẽ. REM uides: quasi dicat obuium est cuiq̃ uel hæbeti: uel bardo quid sit uoluptas nota etiã passeribus. INdiuidua insecabilia quæ appellatis corpuscula: & atomos. INtermundia spatia: siue distantias inter ipsos mundos quos esse infinitos opinatus est epicurus: & deũ dixit habitare in intermundiis pp̃ter metum ruinarũ. NEC esse possunt qm̃ corpus naturale minimũ ñ datur: & atomi sunt ramenta quædã mundi nõ corpora: & cũ unus tm̃ sit mundus intermundia esse nõ possunt dictum est de his: ut opinor satis in primo de natura deorum. Q VID uelis esse quam ei attribuas significationem. VArietatem diuersitatem saporũ: & oblectationuz. ISTA quæ in amotiõe doloris ois consistit. IN quo uis conuentu quocũque cetu hominum: & ciuium. AMple magnifice & gloriose HOneste decore. IN isto magistratu prætura. IN omni uita ratione uiuendi: & instituto. TVE propriæ. EXPEdiat fructuosum sit. TVA causa propter tuã utilitatem. CONcionis conuentus. PAratissimus est facillimus: & quasi in promptu: atque ad manus. RAtionem: disciplinam: & artem uitæ quasi dicat non te decet eam doctrinam sequi quæ gloriatione digna nõ est. PROfiteri palam enuntiare. IN medium in cõmune iudicium: et indicate iram. PROferre effari eloqui. IN iudiciis in conseu iudicũ. IN senatu in suasoriis causis. OFFIcium decentem actionem. EQ VItatem perfectam iustitiam. DIgnitatem decorum ipsum quod latissime patet. FIdem cõstantiam dictorum: atq̃ factorum. REcta rectæ rationi: idest prudentiæ consona. HOnesta laude digna in quocunq̃ genere. DIgna imperio consentanea romano fastigio: et magnificentiæ. DIgna. P.RO. idest gloriosa: et eo digna populo qui martem autorem suum profitetur: idest qui animi magnitudine excellit: & militiam: ut peculiarem uirtutem sibi uendicat. PRO. RE. PV. pro cõmuni utilitate: atq̃ honore. MORI animam ponere pro cõmuni usu: ac salute. HEC tam ampla: & magnifica: quæ non ad priuatam uoluptatem: aut compendium: sed ad cõe bonuz referuntur: & titulos. BARrones: idest quasi uasti quidam homines: & sola corporis mole graues ut sunt barri: idest elephantes quorum uox barritus dicitur. STVpem⁹ cum stupore admiramur: tanquam fortia uerba: & præclara credentes: uidelicet ex animi sententia te illa proferre cum tu simules: ut nos uastos hoies deludas: & iccirco tecũ ipse rides: quasi nobis imposueris: barrones per simplex r dicunt̃ potẽtes: & prin

Intermũdia quæ.

Barrones qui.

ne hæc quidem stabilis, quam, præter uos, nemo appel
lat uoluptatem. Vide ne non debeas uerbis nostris uti,
sententiis tuis. Quod si uultum tibi, si incessum finge
res, quo grauior uiderere, nō esses tui similis. Verba tu
fingas, et ea dicas, quæ ñ sentias? ut aut ēt uestitū, sic sen
tentiam habeas, aliam domesticam, aliam forensem, ut
in fronte ostentatio sit, intus ueritas occultetur? Vide
quæso rectum ne sit. Mihi quidem hæ ueræ uidentur
opiniones, quæ honestæ, quæ laudabiles, quæ gloriosæ
quæ in senatu, quæ apud populum, quæ in omni cæ-
tu, consilioq; proferendæ sunt, ne id non pudeat senti
re, quod pudeat dicere. Amicitiæ uero ubi locus esse
potest, aut quis amicus esse cuiq̃, quem non amet pro-
pter ipsum? Quid auté est amare, e quo nomen amici-
tiæ ductū est, nisi uelle bonis aliquem affici, quā maxi-
mis, etiam si ad se ex his nihil redeat? Et prodest mihi
inquis in eo esse animo, imo uideri fortasse, esse enim
nisi eris, non potes. Qui auté esse poteris, nisi te amor
ipse ceperit? Quod non sub dubia utilitatis ratione ef
fici solet, sed ipsum ex se oritur, & sua sponte nascitur.
At enim sequor utilitatem, máebit ergo amicitia tam
diu q̃ diu sequet utilitas. Et si utilitas amicitiā cōstituet
tollet eadem. Sed quid ages tandem, si utilitas ab ami-
citia (ut fit sæpe) defecerit? relinques ne? Quæ ista ami
citia est? Retinebis? Qui cōuenit? Quid enim de ami
citia statueris utilitatis causa expetēda uides ne? in odi-
um ueniā, si amicum destitero tueri. Primū cur ista res
digna odio est? Nunquid est turpe, nisi quod est? Sine
quo incōmodo afficiare. Non relinques amicū, tamē
ne sine fructu alligatus sis, ut moriatur optabis. Quod
si non modo utilitatem nullam afferet, sed iacturæ rei
familiaris erunt faciendæ, labores suscipiendi, adeun-
dum uitæ periculum, ne tum quidem te respicies, &
cogitabis sibi quemq; natum esse, & suis uolupta-
tibus? Vadente ad mortem Tyranno, ut Pythago-
reus ille fecit siculo Tyranno? aut Pylades cum sis

cipes: & baronia principatus. Cicero libro nono epistolarum ad atticum. Apud barones te in maxima gratia posui
byrrhones uero dicuntur latrones a byrrho qui ætate horatii notissimus Latro fuit: cuius ille insermonibus memi
nit his uerbis. Vt sis tu similis coeli byrrhiq; Latronum. NE non: idest debeas uti uerbis usitatis: ut liquido senté-
tia intelligatur quam uerbo℞ nouitate inuolutis: & fucatis. QVOD si similitudine ostendit fictionem uerborum
esse indecoram: & ambiguitatis causam. VVLtum qualitatem frontis: & seueritatem. INcessum grauem passum.
QVO ut. GRAuior honestior: & seuerior. NON esses tui similis a teipso discrepares: propriaq; natura. FINgas
formes: & innoues: quoniam nemo præter epicu
ræos indolētiam appellauit uoluptatem. QVE
non sentias animo iudices: SENtentiam iudiciū
& opinionem. DOmesticam qua domi utaris.
FOrensem qua extra domum IN fronte in ipsa fa
cie: idest in uerbo quod dicitis amotionem dolo-
ris significare: & stabilem uoluptatem appellatis
cum re uera mobilis uoluptas uestrum sit extre-
mum. INtus in animi sententia: quæ iucūda sen
suum titillatione mouetur: & oblectetur. NE re-
ctum sit: quasi dicat rectum non est: & uafiamen
Dictum platonis. tum sapit: & iniquitatem: quoniam ut inquit in
sua re. pu. Plato maxia iniustitia est hominē ma
lum bonum apparere. HOneste decore. GLOrio
se illustres: & gloriatione dignæ in quocunque ce
lebri loco: & conuentu. CONcilio congregatione
SENtire in animo habere: idest ne turpis sit senté
tia: & honeste non possit uerbis efferri. PROpter
ipsum ipsius amici utilitatem: quod probat a ui.
& proprietate uerbi a quo amicitia ducitur. DV
ctum originatum: & notatū. EX his bonis. AD
se ad propriam utilitatem amantis. IN eo a.o
sententia: & opinione: ut alicui optem bona hoc
enim mihi est utile respondet cicero si propriam
queris utilitatem: ut tuum dogma præscribit: &
uoluptatem non poteris esse in eo animo: sed esse
uideri: idest simulare talem animum: & sic ficta
erit amicitia: non fida: & uera. ESSE enim in eo
animo non poteris: nisi uere: & non simulate fue
ris. QVI autem quomodo: qua uia. CEperit de
uinxerit: delectauerit: illexerit horatius. Te con
iunx aliena capit meretricula dauum. QVOD
amore capi nulla proposita: aut sperata mercede
SVB dubia ratione ambiguo respectu alicuius
compendii: quod si tibi proponis magis te capit
sperata utilitas: quam amor: qui esse debet autor
amicitiæ: propter quod inquit Aristoteles unum
quodque tale: & illud magis. SED ipsum capi a-
more. EX se propria ui: & non aliunde: idest ab
aliqua causa extrinseca: a spe uidelicet utilitatis
aut uoluptatis. SVA sponte naturali origine ea
Nasci sua spōte qd. dicuntur sua sponte nasci quæ ex se nascuntur:
natura duce: nullo adhibito satu: aut cultu. Vir-
gilius in bucolicis. Sponte sua sandix pascentes
uestiet agnos. At enim sed certe uerba sunt epicu
ræi amici dicentis in amicitia respicio ad utilitatē
idest utilitatis gratia in eo amicitiam: ergo inquit
Cicero amota causa. i. utilitate nullus mãebit: esse
ct? : amicitia uidelicet: & sic mobile iacitis amici
tiæ fundamentum. CONstituet ponet: atq; fundabit. DEfecerit abscesserit. QVE ista quasi dicat pene nulla est: &
infirma: mobilisque: si relinques: si autem retinebis: tibi non constabis: quoniam decretum tuum est utilitatis gra
tia petendam esse amicitiam. QVI quomodo tibi est conueniens: & tuo decreto ad quod uiuis. STAtueris iudi-
caueris: & decreueris: qua propter dixit idem in primo officiorum. Qui summum bonum sic instituit: ut nihil ha-
beat cum uirtute coniunctum: idque suis commodis non honestate metitur hic sibi ipse consentiat: & non inter-
dum naturæ bonitate uincatur: fit ut neque amicitiam colere possit: nec iustitiam: nec liberalitatem. IN odium ue
niam: epicuræi uerba sunt dicentis perseuerabo in amicitia ne me oderit destitutus amicus. PRIMVM respon-
det Cicero non posse dignum esse odio nisi: quod sua sponte odiosum est: ergo si times odium in re turpi uersa-
ris: uitium siquidem sua ui: & natura est odiosum. ISTA res destitutio amici. QVOD est quod per se turpe:
idest per propriam naturam. SINE quo incommodo idest si tueberis amicum ne aliquod incurras incommodum.
Videlicet timens ne ille destitutus tibi noceat optabis illius mortem: ut tali uinculo libereris. SINE fructu
utilitate aliqua: & mercede. ALLIGATVS deuinctus: & adstrictus. IACTVRE iminutiones: atq; dispēdia
patrimōii: ac fortūa℞. TE rspicies tibi ñ cauebis: et cōsules: ille se respicit q sibi puidet. SIbi ad suas uoluptates: et
emolumēta: ut decretū uestrum statuit. VAdē sponsorē in re capitali damō: & pythias pythagorei. Dionysius tyrā
nus dictum

nus dictum est de horum fide:ac amicitia in ultimo officiorum:& in Lelio. DIces te orestem coram scilicet thoante rege:qui templo tauricæ dianæ præerat:enarraui hanc fabulosam historiam in libro d'amicitia. Orestes nefario templo mactandus petebatur:pylades orestem se esse dicebat:ut pro amico mactaretur. REFELleres confutares ut faciebat orestes :refellere est arguendo falsum ostendere : refutatio est in:re confutatio in persona. TE indicares demonstrares:teq;:orestem esse asseuerares. QVO minus ut non:quasi dicat cum illo mori dignum duceres si primum illud non uideretur tibi probabile : ut scilicet mori uelles amico superstite. Naturæ tuæ generosæ menti ad omnem honestatem natæ:ac promptæ. CONsentaneum congruens:& conueniens. DISCIplinæ doctrinæ:quæ omnia refert:& dirigit ad propriam uoluptatē:& commodum. RATIO disciplina ars:& modus uiuendi epicuræus. PRObas probabilia dicis:& laudas. FVNditus radicitus: quoniam non naturalem amorem dicit esse radicem amicitiæ:& causam:sed uoluptatem:& compendium. EFFErat in cœlum:idest maximis extollat præconiis:ut dictum est. COluit exercuit: celebrauit dicit epicuræus. QVIS concedit cicero hospitalem uirum fuisse epicurum:sed hæbeti ingenio:ac tardo in præceptis uitæ tradendis:cū sibi non constet:& pugnantia dicat:quod imprudentiam arguit:uel maximam. BOnum iustum: simplicem. COmem affabilem. HVmanum:benignum hospitalem. DE ingenio acumine : atque doctrina :quæ damnatur. PERVERsitas prauitas:malignitas:liuor:maledicentia:qua in primis laborauit epicur⁹:ut in prio de natura deorū dictum est. INSEctātur crebro ipetūt: & lacessūt DE ueritate in disquisitione : ac indagatione ueritatis quæ cuiq;:uel amico preponenda est:unde dixit aristoteles:cum duo sint amici assertores uidelicet idearum : & ipsa ueritas pium est in honore ueritatem præferre . COMIS benignus. TVENDIS colendis : iuuandis: fouēdis. HEC quæ dico contra epicurum ex aliorum philosophorum:& maxime carneadis sententia. NIhil affirmo uiri academici nihil affirmantis seruat decorum ACVtus eruditus: & perspicax in scribendo. SE probauit probabilem fecit:& commendabilem dicit epicureus. MVLtis uulgo:& imperite multitudini. ET quidem respondet cicero: ut academicus nihil:ut uerum & certum asseuerans IN rem utiliter:& uere:hoc est in rem meam : & e re mea dicimus. NON grauissimum:idest iudicium imperite multitudinis non est magni æstimādum. Illorum siquidem grauissimum est iudiciū: qui rei quam iudicant ueram habent idicaturā: atq; notitiam. ARte formula quacūque aliquid efficiendi. nam cuique in sua arte perito credendum est. STVdio cura:& exercitatione:quæ suos habet modos:& uias. SCIENtia peritia:et cognitione suis nixa principiis : & regulis. IN ipsa uirtute perfectissima ratione ipsius mediocritatis:que cum difficultate attingitur : & circunstantiæ uariant :mutantque officium :peccare inquit Aristoteles primo moralium multis modis cōtingit. At recte agere unice : quapropter & alterum facile:alterum difficile est:facile quidem nō attingere signum:difficile autem illud attingere:& ob hoc igitur nimium quidem:atque parum uitio adscribuntur:mediocritas uero uirtuti. OPTImum præstantissimum. RARISSImum paucissimorum idest excellentium iudicio comprobatum qm̄ non quilibet homo est recta regula:& indicatura:sed is q absolutā habet rōnem: & longo rerų usu cōfirmatus est:plato in extremo dialogo q hippias inscribit dicit. Tantū cōsuetudinæ pfeci:ut puerbiū illud dicens pulchra difficilia esse itelligere mihi iā uidear. FIdeles ueridici:& iusti stātes intrib⁹ amicitia itegra mēte fidi dicunt in maximis fideles in minoribus negociis. CONstātes firmi tēaces:& pseuerantes. GRAues ab omni leuitate penitus alieni granis ad uim:& efficaciā cōstans ad tēpus refert. OFFIcio decenti actione. CONsilia iudicia: & deliberatiōes. MOderātes metiētes:dirigētes:gubernātes:& pōderātes. HOC tāto. VIS robur efficatia : & pōdus. QVIdā epicuræi dogmatis assertores. Vita molib⁹ hōestis:et frugalitate uict⁹:atq; sobrietate. Refellat ɔfutet. Oro snia primas tribuēs uoluptati. Cæteri phi quoq; seuerissima est snia. Ad rē ad ppositā disceptationē de amicitia. Tuto secure nisi ad sint psidia amicorų. Iucūde suauiter. Humanius naturalius : & humanitati ɔiunctius cū hō homini natura sit amic⁹. Recētiorų nouorų epicureorų. Vsus ɔuersatio addita esset. Per se per ppriā naturā:

Natura epicuri.

Prouerbium antiquorum.

dices te esse Orestem, Pyladem refelleres, te indicares? Et si id non probares, quo minus ambo una necaremini non præcauere? faceres tu Quidem Torquate hæc omnia, nihil enim arbitror magna laude dignum, qđ te prætermissurum credam, aut mortis, aut doloris metu. Non quæritur autem quid naturæ tuæ consentaneū sit, sed quid disciplinæ? Ratio ista, quam defendis, præcepta, quæ didicisti quæ probas, funditus euertunt amicitiam, quāuis eā epicurus (ut facit) i cœlum efferat laudibus. At coluit ipse amicitias. Quis quasi illum neget, & bonum uirum, & comem, & humāum fuisse. De ingenio eius in his disputationibus non de moribus quæritur, sit ista in græcorum leuitate peruersitas, qui male dictis insectantur eos, a quibus de ueritate dissentiunt. Sed quamuis comis in amicis tuendis fuerit, tamen si hæc uera sunt (nihil enim affirmo) nō satis acutus fuit. At multis se probauit, & quidem in rem fortasse, sed tamen nō grauissimum est testimonium multitudinis. In omni enim arte, uel studio, uł quauis scientia, uel in ipsa uirtute optimum quodq; rarissimum est. Ac mihi quidem φ & ipse bonus uir fuit, & multi epicuri fuerunt, & hodie sunt, & in amicitiis fideles, & in omni uita constantes, & graues, nec uoluptate, sed officio consilia moderantes, hoc uidetur maior uis honestatis, & minor uoluptatis. Ita enim uiuunt quidam, ut eorum uita refellatur oratio. Atque ut cæteri existimantur dicere melius, quam facere, sic hi mihi uidētur melius facere, quam dicere. Sed hæc nihil sane ad rē Illa uideamus, quæ a te de amicitia dicta sunt. E quibus unum mihi uidebar ab ipso epicuro dictum cognoscere, amicitiam a uoluptate nō posse diuelli, ob eam q; rē colendā esse, φ sine ea tuto, & sine metu uiui non posset, nec iucunde quidem posset. Satis est ad hoc responsum. Attulisti aliud humanius horum recentiorum, nunq̄ dictum ab ipso illo φ sciam. Primo utilitatis causa amicum expeti. Cum autem usus accessisset, tum ipsum amari per se etiam omissa spe uoluptatis. Hoc & si multis modis reprehendi potest, tamen accipio,

& qualitatẽ. Multis modis qm̃ ut dictũ est prima, causa amicitiæ nõ est utilitas: sed naturalis amor: & caritas quã debet hõ homini rõne humanitatis: & primi iuris. Quod dat concedit ab his q sic opinati sunt posse: scilicet aliqñ fieri: ut amicitia p se expetat. Satis est sufficit meis rationibus ipsis epicuræis. Non est satis: nõ sufficit: qm̃ est ɔtra propriũ decretũ: q in uoluptate: atq utilitate finẽ statuit: dicẽtes igit amicũ p se amari omissa uoluptate nõ sibi cõstat: sed meã cõfirmãt rationẽ. Aliquando tandẽ demũ aliquo tempore. Recte honeste. Fedus pactum: & cõuentũ Animati affecti: atq dispositi. Equitatẽ iustitiã. Modestiã frugalitatẽ: temperãtiã: & deniq mediocritates omnes Per se ipsas p proprias dotes. Gratis nulla expetita: uel expectata mercede: si in una re honesta possunt hoc fœdus pcutere quare non in omni. Caritas naturalis amor. Sua sponte per se. Vi sua propria natura. Ex se naturali qualitate: & hũanitate. Propter se ad nullũ alium finẽ: sed ob se ipsam ut ipsa caritas sit suus fructus: merces: & emolumentũ. Fundos fertiles agros: & pascua. Insulas: domos: uia publica ambitas instar insulaꝝ: quas mare circumfluit. Hic in hac parte: nã dicebat epi

Opinio epicuri. curus oium rerũ quas ad beate uiuendũ sapia cõparauerit nihil esse maius amicitia: nihil uberius: nihil iucundius. CONuenienter congruenter qm̃ talia discrepant a suo decreto: non cõsidero quid epicurus dicat: ait cicero: sed quid cõsentaneũ sit ei dicere q ad suam utilitatẽ oia reuocat. RAtiõi disciplinæ: ac formulæ: q̃ ponit in morib⁹. PVteolis apud puteolos campaniæ ad mare. GRAnatia frugum receptacula: potest ea grãina legi: idest pascua: & puteolanæ possessiones. Est igit sensus & ordo si ob utilitatẽ petit amicitia utiliora erũt tibi si tua sint granaria puteolana triarii: q̃ sit ipse trianus: q̃ ratio inquinatissima est: qm̃ possessa præponit possessorib⁹: et rem amico q cum est uerus: & fidus omni auro est prætiosior. COLLige omnia enumera quecunq præsidia uitæ ab amicis expectant epicuræi: tamẽ superant a maximis diuitiis: igit si propter utilitatem petit soli pauperes: & iopes illam optabũt: q est absurdissimũ Aristoteles in viii. moraliũ dicit. Amicitia in primis necessaria est. Nemo siqdẽ habẽs cætera oia bõa sine amicis expeteret uiuere: nã & locupletes et principes plurimũ amicis idigere uident. Quid .n. pdest talis psperitas bñficio sublato: q certe fit maxie in aicos: & maxie cõmendat. Præsidiũ aicorũ ipsuꝫ patrocinũ quod expetat ab aico: ut tut⁹ qs sit: & uim ñ timeat tale inq̃ præsidiũ. Satis erit tibi in te in tua prudentia: q̃ & psentia: & iminẽtia cauet picula: & in tuis opib⁹. In legibus publica disciplia q uim fieri phibet: ciuiũq tuet libertatẽ. Mediocribus: uulgarib⁹: et large sũptis ɔcordia siqdẽ ciuiũ amicitia q̃dã ciuilis ẽ: talib⁹ igit munit⁹: & septus amicoꝝ psidiũ poteris contemnere: & odiũ: atq inuidiã facile declinabis cuꝫ ex epicuri snia nõ sis magna moliturus: nec accessurus ad rẽ. pu. in q̃ iuidiæ nascunt: et odia. Et tñ nõ tantis ẽt inqt cicero si tantas opes ñ hrẽs: nec tã magnis reditib⁹ uteretis ad liberã uitã: & securã undiq retinẽdã satis tibi eẽt ad hæc oia uulgaris beniuolentia: q̃ liberalitate cõmouet i primis: & compat. AD libertatẽ: securitatẽ. PYladea maxie: & artissimã q̃lis fuit inter pyladẽ: & orestẽ. Vnde dixit Oui. Affuit i sano iuuenis phoce⁹ oresti. Præclare optie defendes te: atq uallabis. AT q cũ respondet obiectioni diceret siqdẽ aduersarius: ñ ergo hẽbimus cũ quo secreta tuto cõmunicent: dicit Ci. id fieri potent cũ quocũq: uł mediocri aico: & bẽiuolo. Qui quo. Ioca res iocosas. SEria res graues: & seueras. VT dicit puerbialis snia est in eos q oium secretoꝝ capacissimi sunt: & sũma fide: ac taciturnitate amici. ARcana: secreta: & q̃si mysteria. OCculta nõ inuulganda: sed tegẽda silentio. TEcũ optie præclare: atq honeste tecũ cõmunicabis: & cõmentaberis. i. tacita cogitatione meditaberis: & sic extrinseco aico ñ egebis. Vnde laudat idẽ Cice. i officiis aphricanũ dicentẽ nunq̃ se min⁹ ociosum esse q̃ cũ ociosus: nec minus

Aphricãi laus. solũ q̃ cum solus esset. Magnifica uero uox ait Ci. & magno uiro: & sapiente digna: q̃ declarat illũ: & in ocio de negociis cogitare: & in solitudine secũ loq solitũ: ut neq cessaret unq̃: & interdũ collogo alterius non egeret. MEdiocri uulgari. ISTA quæ dicta sunt præsidia: & cõmoda ex amicis. NON iportuna: idest cõmoda: apta: utilia. Quid ad ulitatẽ: quasi dicat nulla pæne sunt minimiq momenti si cõparent maximis cõmodis: quæ tibi suppeditat amplissimum patrimonium. AD utilitatem ad collationem compendii: ac fructus. TANtæ pecuniæ: tam amplæ sortis: & patrimõii. MEtiare mẽsures: æstimes. Sua caritate ppio fructu ipsi⁹ amoris: atq mercede. Præstãtius excellẽtius: qm̃ naturæ innititur: & ñ uoluptatibus: atq cõpendiis. Emolumẽto utilitate aliq̃ metiaris: atq indices. Summas familiaritates maxias amicitias. Mercede reditu fructu pmio uectigali. Supari lõge uinci cũ maior sit fruct⁹

quod dat. Mihi enim satis est ipsis non satis. Nam aliqñ posse recte fieri dicunt, nulla expectata, nec quesita uoluptate. Posuisti autem dicere alios fœdus quodam facere inter se sapientes, ut quemadmodum sint| In se ipsos animati, eodem modo sint erga amicos, id & fieri posse, & sæpe esse factũ, & ad uoluptates percipiendas maxime pertinere. Hoc fœdus facere si potuerunt, faciant etiam illud, ut æquitatem, modestiam, uirtutes omnes per se ipsas gratis diligant. At uero si fructibus, & emolumentis, & utilitatibus amicitias colemus, si nulla caritas erit, quæ faciat amicitiam ipsam sua sponte, ui sua, ex se, et propter se expetendam dubiũ est, quin fundos & insulas amicis anteponamus, licet hic rursus ea commemores quæ optimis uerbis ab epicuro de laude amicitiæ dicta sunt. Non quæro quid dicat, sed quid cõuenienter rationi possit, & sententiæ suæ dicere. Vtilitatis causa amicitia est quesita. Num igitur utiliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam si tua sint puteolis granaria? Collige omnia quæ soletis, præsidium amicorum, satis est tibi in te, satis & in legibus, satis & in mediocribus amicitiis, præsidium iam contemnere poteris, odium autem, & inuidiam facile uitabis, ad eas.n. res ab epicuro præcepta dantur. Et tamen non tantis uectigalibus ad libertatem uteris eis sine hac pyladea amicitia multorum te beniuolẽtia præclare, & tuebere & munies. At qui cum ioca seria (ut dicitur) qui cum arcana, qui cum occulta omnia. Tecum optime. Deinde etiam cum mediocri amico, sed fac ista esse non importuna. Quid ad utilitatem tantæ pecuniæ? Vides igitur si amicitiam sua caritate metiare, nihil esse præstantius? Sin emolumento summas familiaritates prædioꝝ fructuosorum mercede superari? Me ipsum igitur ames oportet, non mea, si ueri amici futuri sumus sed in rebus apertissimis nimium longi sumus.

talium

taliū prædiorꝫ. PER fecto demōstrato. Q uoniā igit̄ ad radicē admouet iam securim Cicero Labefactatq; penitus epicureæ rōnis fundamentū: q̄ in ea re iactuꝫ erat: quod nō est in potestate sapiētis: sed temerariæ fortunæ arbitrio quod est absurdissimū: & a uera phīa penitus alienū summū qppe hominis in ꝓpria actiōe debet poni. i. in rationis absolutiōe: ac usu: ut oportet: & decet: nō in uoluptate corporis quæ hōi cū beluis habetur cōmunis: & cuius finis est ꝓbrosissimi scorti decretū. Ois summa collectio finis ꝓpositū. Refert reuocatur: spectat. ID unum beatā uitam Alii in alio de felicitate inqt Aristoteles q̄ nā sit dissentiūt: & nō similiter uulgus: ac sapientes eā assignant: qdam enim unū quid eorum q̄ clara: manifestaq; sunt ipsam esse putāt: ut uoluptatē: aut diuitias: aut honorem: quidam aliquid aliud persæpe etiā unus idemq; diuersum. Nam cum ægrotat sanitatē cū pauper est diuitias. Ignorātiæ uero ꝯsciī suæ eos admirantur: qui magnū aliquid: & ultra uires ipsorum dicūt. Q uale sit cuius naturæ: & sortis. i. an sit in sapientia sitū: an in fortuna. Dabitis: cōcedetis. CONfidit firme sperat: & credit. STAbile imobile. Firmum fixū: & inuariabile. Fragile debile: solubile. Caducū momentaneū. Duci haberi: & existimari. Cōfecta undiq; bōis oibus cumulata. Absoluta cōsumata alias alio tp̄e. Sapiētia pfectissima ratio degendæ uitæ: dispiciēdæq; ueritatis. Neq; expectat qīn fœlix inquit Aristoteles dici debet dum est fœlix uero cum recte agit est siquidem hūana fœlicitas actio animi per uirtutem in uita pfecta. Verba solonis apud herodotū libro prio hæc sunt. Me crese non inscīū omne numen inuidum esse: ac turbulentū & rebus hūanis interrogas: in diuturno. n. tēpore multa uidētur: quæ nemo uidere uelet: & tollerantur multa quæ nolit qspiā tolerare omnis rei oportet īspicerē exitū quo sit euasura: hæc solon: cuius sniam uellicat Aristoteles primo moraliū: & Cice. eū seqtur Etenim certe. Illa uoluptas. INconstantissime absurdissime: qīn uoluptas corporis longinquitate crescit: & maior in dies pōt fieri. Summo bono cumulatæ uirtuti: atq; pfectæ: cui nihil addi pōt cū habeat omnis numeros. i. sciam electionem: & pseuerantiam: tria siquidez hæc pfectum reddunt officium: si aliquod dēest mediū erit: atq; cōe. Diē tp̄us ipsū: stoica est hæc snia q̄ maximū robur uirtuti tribuit Aristoteles aūt bonū hūanum semp maius posse fieri asseuerat dicens: talem felicitatē existimamus: & insuper cum non adnumerat cæteris maxie omniuꝫ expetibilē: cū uero adnumeratur magis: ut par est expetibilē cuꝫ minimo bono esse putamus. Conueniet: constabit: cōgruet: eritque consentaneus. Qui quomō quasi dicat nullo modo. Longinquitate: diuturnitate temporis Ne dolorem quideꝫ negabit: scilicet crescere: q̄ est uanissimū qīn quo longior fuerit eo miserior: sic uoluptas quo maior eo felicior. Dempta: remota temporis infinitate. AT enim sed certe epicurus fruitur dolore: quoniaꝫ in tormentis dicturus est quam hoc suaue. NIHIL FACIT: negligit: spernit. IN Q VA æternitate Aristoteles in septimo moralium dicit. Q uod si alicuisus natura sit simplex: semper eadem actio iucundissima erit. Ideirco deus una semper simplicique gaudet uoluptate: non enim solum motionis est actio: sed etiam immobilitatis: & uoluptas potius in quiete: quam motu consistit. Mutatio uero dulcissima est secundum poetam ob prauitatem quandam. Vt enim homo prauus facile mutabilis est: sic: & natura praua est ea quæ indiget mutatione: non est enim simplex: nec bona. GLORIOSE: magnifice: & splendide. CONSTANTER: congruenter: & conuenienter suis decretis. Verba epicuri ait Cicero gloriosa sunt sed ei non conueniunt: qui in ea uoluptate summum bonum ponit: quæ semper potest crescere:

Fœlix qd sit.

Simplicis natura.

Perfecto. n. & cóclusó, neq; uirtutibus, neq; amicitiis usq̄ locū eē si ad uoluptaté oīa referant, nihil præterea est magnopere dicendum. Attamē ne cui loco n̄ uideatur esse responsum, pauca etiam num dicam ad reliquā orationem tuam. Quoniam igitur omnis sūma philosophiæ ad beate uiuendum refertur, idq; unum expetētes homines se ad hoc studium contulerunt, beate autē uiuere alii in alio, uos in uoluptate ponitis, item omnē infelicitatem in dolore. Id primum uideamus beate uiuere uestrū q̄le sit. Atq; hoc dabitis (ut opinor) si modo sit aliqd esse beatū, id oportere totū poni in potestate sapientis. Nam si amitti uita beata potest, beata esse nō potest. Quis enim confidit semper sibi illud stabile, & firmum permansurum. Quod fragile, & caducum sit? Q ui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est ne aliquando amissis illis sit miser. Beatus autem esse in maximarum reꝝ timore nemo potest. Neque enim in alia parte, sed in perpetuitate tēporis uita beata duci solet. Nec appellat̄ omnino uita beata, nisi confecta, atq; absoluta. Nec potest qsq̄ alias beatus esse, alias miser. Q ui enim existimabit posse se miserū esse, beat' nō erit. Nam cū semel est suscepta beata uita tā permanet quā ipsa illa effectrix beatæ uitæ sapientia. Neque expectat ultimum tempus etatis, quod Crœsо scribit Herodotus præceptum a Solone. Etenim Q uemadmodum tute dicebas, negat epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate uiuendum aliquid afferre, nec minorem uoluptatem percipi in breuitate temporis, quam si illa sit sempiterna. Hæc dicuntur inconstantissime. Cum enim summum bonum in uoluptate ponat, negat infinito tempore ætatis uoluptatem fieri maiorem quam finito, atque modico. Q ui bonum omne in uirtute ponit is potest dicere, perfici beatam uitam perfectione uirtutis. Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Q ui autem uoluptate uitam effici beatam putabit. Qui sibi is conueniet si negabit uoluptatem crescere longinquitate? Igitur ne dolorem quidem. An dolor longissimus quisq; miserrimus? uoluptatem nō optabiliorem diuturnitas facit? Q uid est igitur cur ita semper deum appellet Epicurus beatum, & æternum? dempta enim æternitate nihilo beatior Iuppiter quam Epicurus. Vterque enim summo bono fruitur. i. uoluptate At enim hic etiam dolore. Nam eum nihili facit. Ait enim se si uratur quam hoc suaue dicturum. Qua igitur re adeo uincitur, si æternitate nō uincit̄, in qua qd est boni præter sūmam uoluptatem, & eā sempiternā? Quid ergo attinet gloriose loq, nisi cōstanter loquare?

& ipsa uoluptas animi sit a uoluptate corporis: ut placuit epicuræis. SItum est positũ ex opinione uestri ducis. Nõ enim in sapiẽtia i ipsa pfectiõe rõnis ut uos dicitis: sed in uoluptatibus q̃s pat sapiẽtia. Totũ id uoluptanũ omne. Externum extra nos positũ: atq; fortuitum. In casu fortunæ arbitrio. Dña gubernatrix: & moderatrix. Exiguã macam: & debilẽ. Ista uoluptaria. IPsa natura naturalis copia rerũ necessariarũ ad uitã fouẽdã: qa parabile est id omne quod natura nõ deprauata desiderat. Parabiles: faciles. INter se pugnant non cõsonant epicureæ rõni: qui omnia refert ad uoluptatẽ. TENuissimo: parcissimo. CONtẽptissimis: uilissimis: & uulgaribus: EXq̃sitissimis, electissimis & prætiosissimis. AD epulandũ: comedendum. Huic epicuro. NVllo loco. NVmerat: nullam illius habet rõnem: nec eam adnumerat etiã primi generis. AVdio dicentẽ: credo socrati asserẽti. Cõdimentũ concinationem saporis: & suauitatem. REFERENS primo: & summo loco numerans & ad ipsam oia reuocans. GAllonius: idest gulose: & pdigie: ut gurges uixit est acipensere i gallõius. VT frugi piso: idest parce moderate: atq; frugaliter. L. piso frugi cognomiatus est a frugalitate: idest tempantia: reliquisq; uirtutibus. Non audio: nõ credo: quæ dicat: non curo: qm̃ simulate loquit. QVOD sentiat: in aio habeat aliter loquit: & aliter uiuit. NAturales quas natura requirit ad suum fulcrum: sunt etenim necessarie. Certe: uere: ac recte diceret si non poneret in uoluptate summũ bonum. Tanti: tanto prætio dignam iudicaretis: et idicaretis: ut ei pricipatus inter appetendas res tribuatur. NON habere cor nullam habere prudentiam: & delectum rerũ. PAlatum iudicium gustatus: & saporum. CONtẽnunt nullo loco numerant. Acipenserẽ: prætiosum piscem MEnæ: quæ nunc uulgo tinca dr̃: & uilis est collatiõe acipẽseris. Sensu iudicio gustatus: & tact⁹ RAtione iudicio rationis quæ ueritatẽ et uenatur. honestorũ: & turpiũ: bonorũ: atq; malorũ & idẽ est actuose rationi dicere: hoc est decorũ hoc indecorum: quod inspectiuæ dicere hoc uerum est: hoc falsum: quapropter uerum ponitur interdum pro recto: atque decenti: horatius ait. Est modus in rebus: sunt certi denique fines. Quos ultra citraque nequit consistere uerum. VERVM isto modo concedamus inquit Cicero de uoluptate: sed de dolore illi contrario ut epicuræi dicunt aliter sentiendum est: nam cum summum malum in eo ponatur: nulla esse poterit uita beata doloribus: aut præ mentibus: aut iminentibus. ISTO MOdo uilissimis cibis: & potionibus. NIHIlo penæ nullo. Nasturtium inquit plinius nomen accepit a narium tormento Xenophon libro prio pediæ cyri agens de persicis legibus: & puerorum institutione: ac uictu dicit ferunt pro cibo panem pro obsonio nasturtium. SYRAcusanis plato in tertio de re punica dicit. Syracusanas mensas: & siculaæ obsonia non ad modum laudas: uituperas: & corinthium ludum: blandientium puellarum: Idez in epistola ad dionis propinquos: hac ego mente italiam. siciliamque adiui: eo cum peruenissem uitam illam quam beatam uocant italicarum syracusanarumque: mensarum plenaz nullo modo pbaui: bis uidelicet in die saturum fieri: & noctu iacere nunquam solum: & cætera: que huiusmodi uitam subsequuntur: nemo enim si in eiusmodi moribus nutriatur: prudens erit: temperans certe nunquam. MEtrodorus fuit lampsacenus autore strabone. CONstitutum: dispositum: & conformatum. EXPLORATVM certum: & indubitatũ. AD VESperam: seram præsentis diei horaz. RAtio: uia mod⁹ ars. Absurdũ scilicet est rationi non cõgruum: nec epicuro consentaneum. qui summum malum ponit in dolore: quod autem est tale non potest contempni: & pro nihilo duci. ISTVM qui statum perdit: & necat.

In uoluptate corporis (addam (si uis) animi dum ea ipsa (ut uultis) sit quod, & i corpore situm est uiuere beate? Quid istam uoluptatem perpetuam, quis potest pstare sapienti? Nam quibus rebus efficiuntur uoluptates, hæ non sunt in potestare sapientis. Non enim in sapientia potissimum est beatum esse, sed in his rebus q̃s sapientia comparat ad uoluptatem. Totum autem id extremum, & quod extremum id in casu est. Ita fit beatæ uitæ domina fortũa, quam epicurus ait exiguam interuenire sapienti. Age inquies ista parua sunt. Sapientẽ locupletar ipsa natura, cuius diuitias epicurus parabiles esse docuit, hæc bene dicũtur, nec ego repugno, sed inter sese ipsa pugnãt. Negat enim tenuissimo uictu, idest contemptissimis escis, & potionibus minorem uoluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandũ Huic ego si negaret quicquam interesse ad beate uiuẽdum, quali uteretur uictu concederem, laudarem etiã, uerum enim diceret, id quod socratem q uoluptatem nullo loco numerat audio dicentem, cibi condimentũ esse famem, potionis sitim. Sed q ad uoluptatẽ omnia referens uiuit, ut Gallonius loquitur, ut frugi ille. Piso non audio, nec eum quod sentiat dicere existimo. Naturales diuitias dixit parabiles esse, q paruo esset natura contenta, certe nisi uoluptatem tãti æstimaretis. Nõ minor inquit uoluptas percipitur, tam ex uilissimis rebus, q̃ ex præciosissimis, hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem. Qui enim uoluptatem ipsam contemnunt, his licet dicere se Acipenserem. Menæ non anteponere. Cui uero in uoluptate sũmum bonum est, huic omnia sensu, nõ rõne sunt iudicãda, eaq; dicẽda optima, q̃ sint suauissima. Verũ isto modo consequas sũmas uoluptates, non modo paruo, sed ferme nihilo si põt, sit uoluptas nõ minor in nasturcio illo quo uesci Persas esse solitos scribit Xenophon, q̃ in syracusanis mensis, quæ a platone grauiter uitupantur. Sit inq̃ tã facilis, q̃ uultis comparatio uoluptatis. Quid de dolore dicemus? cuius tanta tormenta sunt, ut in iis beata uita, si modo dolor sũmum malum est, esse nõ possit. Ipse enim Metrodorus pene alter epicurus beatũ esse describit his fere uerbis. Cũ corpus bene constitutũ sit, et sit exploratum ita futurũ. An id exploratum cuiq̃ põe esse. Quo se se hiturum sit corpus, non dico ad annũ, sed ad uesperã? Dolor igitur idest summũ malum metuetur semper etiam si nõ aderit, iam enim adesse poterit. Qui potest igitur habitare in beata uita summi mali metus? Traditur inquit ab epicuro ratio negligendi doloris. Iam ipsum absurdum maximum malum negligi. Sed quæ tandem ista ratio est? Maximus

mus

mus dolor inqt breuis est. Primũ quid tu dicis breue? Deinde dolorem tam maximũ. Quid.n. summus dolor plures dies manere non pōt? Vide ne ēt menses, nisi forte eum dicis, qui simul, atq; arripuit interficit. Quis istũ dolorem timet? Illũ mallem leuares, quo optimũ, atq; humanissimum uirum. CN. octauiũ. M. filium, familiarē meũ cōfici uidi. Nec uero semel, nec ad breue tps sed sæpe, & plane, & diu. Quos Dii īmortales ille, cum oēs artus ardere uideretur, cruciatus pferebat. Nec tñ miser esse, qa summum id malũ non erat tantūmō laboriosus uidebatur. At miser si ī uitiosa, & flagitiosa uita afflueret uoluptatibus. Quod aũt magnum dolorem breuem, longinquũ leuem esse dicitis, id nō intelligo quale sit. Video.n. & magnos, & eosdem bene longinquos dolores. Quæ nā alia rō est uerior? qua uti uos nō potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis. Fortitudinis quædam præcepta sunt, ac pene leges. Quæ effeminari uirũ uetant in dolore. Quamobrem turpe putandum est, nō dico dolere, nā id qdem est interdũ necesse, sed saxũ illud lemniũ clamore Philocteteo funestare. Quod eiulatu, questu, gemitu, fremitibus, resonando mutũ flebiles uoces refert. Huic epicurus cōparetur, & (si pōt) cui uiperino morsu uenæ uiscerꝗ; ueneno imbutæ tetros cruciatus ciēt. Sit Epicurus Philocteta, si grauis dolor breuis. At iam. x. annum in spelunca iacet. Si longus leuis, dat enim interualla & relaxat. Primum non sæpe, deinde quæ est ista relaxatio? cum præteriti doloris memoria recens est, & futuri, atq; impendentis torquet timor? Moriatur inquit, fortasse id optimum. Sed ubi illud plus semper uoluptatis? Si enim ita est, uide ne facinus facias, cum mori suadeas, potius ergo illa dicantur, turpe esse uiro debilitare dolore, frangi, succumbere. Non ista uestra si grauis breuis, si longus leuis. Dictata sunt uirtutis magni tudinis animi, patientiæ fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. Audi ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus, & intellige facta eius cum dictis

LEVARES leuem faceres: & tolerabilem. CONfici cruciari: & quasi confodi. PLane certe. ARdere æstu dolorꝫ incendi: & articulari morbo torqueri. LABoriosus labores patiens: & grauatus doloribus. AT Miser scilicet esset idest infelix si nimis denigratus frueretur corporis uoluptatibus. VITiosa corrupta. FLAgitiosa scelerata: & nefanda. QVAle Sit cuius proprietatis: & significationis. ALIa Ratio uia: & ars tolerandi doloris: uerior hac nostra dicit torquatus. QVA Vti Vos respondet cicero esse ueriorem rationem: contentionē scilicet animi: & cogitationem quod in aduersis & asperis relucet uirtus: & ꝙ honestum est ferre dolores erecto animo: & turpe nō ferre: hac ratione non potest is uti: qui ad uoluptatem omnia reuocat. HONestatem uirtutē. PER SE per propriā naturā: sed ꝑpter uoluptatem: siue indolentiā. FORtitudinis uirilis uirtutis: quæ duros frāgit: superatq; labores. PENE Leges quasi quædam inuiolabilia decreta: qbus robustus armatur animus. EFFEminari emolliri: frangi: debilitari: corrumpi: succumbere cōtento animo: dicit alibi cicero: sola est officii tanq̄ custodia. SAxum Lemnium: idest indecoros eiulatus effundere in doloribus turpe est: quales emisit philocteta remanēs in lemno: lesa pedem uipere morsu: quē eiulātem excusat Aristoteles in septimo moraliũ his uerbis. Non est enim mirum: siqs a uehementibus: & exuperantibus: aut uoluptatibus: aut doloribus uincitur: qn potius ignoscendũ est: si resistens uincitur: tandem ut apud theodecten poetam philoctetes morsus a serpēte. Idem cicero agens de tolerando dolore i tusculanis questiōibus dicit. Aspice philoctetam: nihil hūc uirum sagittæ quas ab hercule acceperat cū e uiperino morsu: & reliqua. FVNestare inficere: contaminare. QVod saxum ex se qdem mutum: sed referens p eccho eiulatus & foemineas clamores: ut in tragedia latina scripsit accius. EIVlatu muliebri fletu. QVEstu tristi lamētatiōe. GEMitu anxio pectoris sono. FREMitibus stridoribꝰ: & plangoribus. REsonādo reboando. REFert repræsentat. HVIc philoctetæ COMparetur ponat in talibus doloribus: quibus cruciabatur philocteta. VIScerꝗ; præcordiorū uiscera dicunt̄ quæcunq; tegit cutis. IMButæ infectā. TETros asperos: et crudeles. Cient mouent: ordo est huic epicurus cōparetur: cui et reliqua et si potest sit epicurus philocteta. SI Potest si fortitudinem adhibere potest talem: ut sua ratiōe tetros superet dolores: & sic eum deridet cicero: & eius contra dolorē medicamenta: & remedia: qm dolor magnus nō semper est breuis: & longus nō semper habet interualla regetis: ut ille euomuit. RELaxat remittit: & mitigat dolorē ipsa lōgitudo. NOn Sæpe scilicet relaxat. RELaxatio remissio: & mitificatio. RECens quasi noua recordatio. IMPEndentis iminentis. MORiatur morte finiat dolores: ait epicurus. FORtasse id optimũ dicit cicero: sed mors nō est adsciscenda: sed fortiter tolerāda cum aduenerit. SED Vbi illud deridet cicero sniam epicuri dicentis ipsum sapientem habere semp plus uoluptatis q̄ doloris: si uerum est hoc ait cicero: quare ad remedium mortis confugis. SI ITA Est si morte sint finiendi dolores

FACinus flagitiũ: et scelus In catone maiore sic scribit. Vetat pythagoras in iussu impatoris. i. dei de præsidio: & statione uitæ discedere: præcipit ēt hoc in sexto de re. pu. dicens: quare & tibi: & piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis: nec in iussu eius: a quo ille est nobis datus ex hominum uita migrandum est: ne munus humanum assignatum: adeo defugisse uideamini hæc cicero dicit ex platonis sententia in phedone. POTIVS Illa hæc sunt remedia adhibenda inquit tullius: quæ uirtus ipsa præscribit: & fortitudinis armis muniendus est animus: & confirmandus. TVRpe probrosum: & indecorum. DEbilitari comminui: & effeminari. FRANgi rumpi. SVCCVMbere subiici subiugari: superari. DICTAta præcepta: & formulæ: quas dictat uirtus: & uera ratio: quæ uirum excitat: & erigit ad decorum seruandum contra dolores: & quodcunq; infortunium. In secunda tusculana dicit; quæ sunt ista arma: contentio: confirmatio: sermoq; intimus cum ipse secum caue turpe quicquam languidum non uirile obuersent̄ species honeste animo. FOMentis remediis: quæ dat magnanimitas patientia: & ipsa fortitudo. In secūda tusculana differens de talibus fomētis dicit. Atq; hæc cogitatio qd patientia: qd fortitudine: qd magnitudine ani dignũ sit nō solũ aium cōprimit: sed ipsum ēt dolorē nescio quo pacto minorē facit: hæc sunt solatia inqt: hæc fomēta sũmorꝫ dolorꝫ. NE Longe Abeā ne plixior equo sit orō. FActa officiā: & actiones.

DISCREpare nõ cõuenire: ac p hoc incõstantiã redolere: atq; hæbetudinẽ. DIctis decretis eius: atq; sententiis. Hermachus fuit mitileneus epicuri discipulus: & in schola successor. Laertius dicit scriptã fuisse hãc epistolã ad Idomeneũ. CVM Ageremus tractaremus: & aiaʒ efflarem?: agere diẽ extremũ uitæ significat mortiq; iã dare operã: & esse in exitu uitæ: sic dicim? diẽ obire: exeq munus qd dies reqrit. MORbi corruptiões: & dolores. VESicæ strãguriæ quæ est infirmitas uesicæ guttatim faciens meiere. VIScerũ intestinoꝶ: quæ ex ulceratiõe torquent: inde tormina dicuntur hi dolores: & torminosus illis obnoxius. Idẽ in .ii. tusculana loqns de epicuro dicit. Quãuis idẽ forticulũ se in torminib?: et in strãguria sua pbeat. ACCEdere aduenire: addi. COMpensabat ex altera parte ponebat: & quasi pmutabat: ut .s. animi lætitia æquaret dolores cõpensare: idẽ ẽ qd repẽdere HIS doloribus: idest stranguria: & torminibus. MEMoria recordatiõe. RAtionum sententiaꝶ: quas & ad bene uiuendũ: & recte intelligendum excogitaui. TVeare ptegas. NOn Ego Iam inqt cicero uerba epicuri fortia sũt: & talis mors æquari potest mortib? clarissimoꝶ imperatoꝶ: quis facta epicuri proprio decreto nõ ueniant: & ipsa uerba incõstantiã præse ferant: ut post paulo patebit

Mãtinea quæ. APVd Mantineam Mantinea urbs arcadiæ ubi epaminundas thebanoꝶ imperator superauit lacedemonios fortiterq; occubuit d quo dixi quondam in officiis: & de lacedemonio leonida q pro græciæ libertate cecidit ad thermopylas. Turpis ignominiosa: indecora. GLOriosa honestissima. APPOsuit obiecit. PReclaræ illustres: atq; splendidæ: qm in bello sunt: maximoq; discrimie. Ait siqdem Aristoteles uiꝶ fortẽ circa honestissimã mortẽ uersari: talẽ aũt esse bellicã. PLerunq; sæpius: & ut plurimũ. Vnde dixit seneca. Non ĩ mari tantũ: aut in prælio uir fortis apparet: exhibet ẽt in lectulo uirtus. TAMen q̃uis mortes phorum sint in lectulis. REfert multũ facit ad hõestandã philosophi mortẽ: q̃ belicosis uiris ignaua uidet. MAGna Laus cõmendatio: qm dolores repẽdebat aniũ lætitia: & sic uidebat æquare impatores cũ lætitia ob uictoriã morientes. SVMmi præstantissimi. QVId DIcendũ qd tuo decreto cõueniat qd in dolore sũmũ malũ statuit: & uoluptate bonum. REFeras reducas ad uoluptatẽ corporis: cũ dicas te gaudere recordatiõe tuaꝶ intentionũ: & cõmẽtationũ: & tu decreuisti nullã esse uoluptatẽ quæ nõ referat ad corpus: & sic incõstãter: & sentis: & facis. ISTis Doloribus coporreis uidelicet.

Sentẽtia epicurei uana. AD Animũ .s. ptinẽtibus uana est tua snia: quæ dicit nullũ eẽ gaudiũ animi: qd a corpe nõ oriat: ad illudq; reuocet. COMmendas ingẽti caritate tuẽdos cõmitis. EGRegio Officio honestissima cura: & commẽdatione amplissima laude digna. TAnta fide: bõitate: caritate: pietate. SIC Existimo tale officiũ: ac fidẽ nomino: & interpr̃ætor. QVid Refers qd reuocas: quasi dicat nihil cũ talia mandaueris iã iã moriturus: & mortẽ nihil ad nos ptinet dixisti. VERsetis uolnatis qua siindignabũdi: q in has angustias deduco epicurũ: unde explicari neqt: & liberari. CONgrũẽs cõcinẽs: cõsentaneũ. CONueniẽs cõsonũ: & decoꝶ. DECretis opiniõibus: & snis de bonoꝶ: & maloꝶ finibus. A SE a suo dogmate. VINcunt superant refellunt scriptæ opiones: atq; sniæ a caritate: fide atq; pietate quã epicurus moriẽs prese tullit nulla spata: aut expectata uoluptate corpis: ad q̃ oĩa referũt scripta ei?: atq; decreta. CAritas pfectus amor: & crura ipsius amici. SVMmorum maxiorum. INNataʒ ingenitam. PRObitatẽ bonitatẽ iustitiã: fidẽ: hũanitatẽ hospitalitatẽ. GRatuitã nõ mercẽnariã: nullũ pmiũ q̃rentẽ: aut expectãtẽ NON Mutatã nõ cõpensatã. MERcedib? remunerationib?: & fructib?. EVocatam illectã: inuitatã eductã: extractã. QVod Enim hec cura morientis

discrepare. Epicurus Hermaco salutẽ. Cum ageremus inqt uitæ beatũ, & eundem supremũ diẽ scribebamus hæc. Tanti aũt morbi aderant uesicæ, & uisceꝶ, ut nihil ad coꝶ magnitudinẽ possit accedere. Ecce miseꝶ hominem. Si dolor summũ malum est, dici aliter non potest. Sed audiamus ipsum. Compensabatur inqt tamen cũ his omnibus animi lætitia, quã capiebã memoria rationum inuentoꝶq; nostroꝶ. Sed tu ut dignũ est tua erga me, & erga philosophiã uolũtate ab adolescẽtia suscepta fac ut Metrodori tueare liberos. Non ego iam epaminundæ, non leonidæ mortem huius morti antepono. Quorum alter cum uicisset lacedemonios apud Mantineam, simul atq; ipse graui uulnere exanimari se uideret, se ut primum despexit quæsiuit saluus ne esset clypeus? Cum saluum esse flentes sui respondissent, rogauit, essent ne fusi hostes? cumq; id quoq; ut cupiebat audiuisset, euelli iussit eam qua erat transfixus hastam. Ita multo sanguine profuso, in lætitia, & uictoria est mortuus. Leonidas autem rex lacedemoniorum se in Thermopylis trecentosq; eos quos eduxerat sparta, cum esset proposita, aut fuga turpis, aut gloriosa mors opposuit hostibus. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Philosophi autem in suis lectulis plerunq; moriuntur. Refert tamen q sibi uidetur esse morienti magna laus Compensabatur inquit cum summis doloribus lætitia Audio equidem sũmi philosophi uocem epicure, sed quid tibi dicẽdum sit oblitus es. Primum enim si uera sunt ea quorum recordatione te gaudere dicis, hoc est si uera sunt tua scripta, & inuenta gaudere nõ potes, nihil enim iam habes quod ad corpus referas. Est aũt a te semper dictum, nec gaudere quenq̃, nisi ppter corpus nec dolere. Præteritis inquit gaudeo, quibus nã præteritis? Si ad corpus ptinentibus, rõnes tuas te uideo cõpẽsare cũ istis dolorib⁹, nõ memoriã corpore perceptaꝶ uoluptatũ. Si aũt ad aĩum falsum est qd negas, animi ullũ esse gaudiũ, qd non referat ad corpus. Cur deinde metrodori liberos cõmendas? Quid isto tuo egregio officio, & tanta fide? Sic .n. existimo ad corpus refers. Huc & illuc Torquate uos uersetis licet, nihil in hac præclare epistola scriptum ab epicuro congruens, & conueniens decretis eius reperietis. Ita redarguetur ipse a sese uincunturq; scripta eius bonitate ipsius, ac moribus. Nam ista cõmendatio puerorum, memoria, & caritas amicitiæ, & summoꝶ officioꝶ in extremo spiritu cõseruatio indicat innatam esse hõi probitatem gratuitam. non mutatam uoluptatibus, nec premioꝶ mercedibus euocatã. Quod .n. testimoniũ maius quærimus, quæ honesta, & recta sũt ipsa esse optabilia p se se, cũ uideamus

tanta

epicuri dicit cicero testificatur honesta non solum per se: sed etiam propter se expetenda esse. TANta Officia tantorum officiorum conseruationem in limine mortis cum nullam mercedem ad corpus pertinentem sperare posset. CVM Sententia doctria: siue decreto. NVllo Modo Congruebat idest ab ea omnino discrepabat: nec illi erat cōsentanea: congruere inquit pompeius dictum est a gruibus: quæ nō segregantur: siue cum uolant: siue cum pascuntur. TESTamentum postremam eius uoluntatem: est autem testamentum: ut finit iuris peritus. xxviii. digestoꝝ Volūtatis nostræ iusta sententia de eo: qđ qs post mortē fieri uoluit. GRAuitate sententia phīo digna: nā cū sit uenator ueritatis nil mādare debet qđ prudēti uiro & naturæ perito nō cōgruat. Ab Ipsius Sētentia epicuræo decreto. DISCrepare nō concinere: nō esse cōsentaneū. MVLtis Verbis ut in epistola ad Meneceū autore laertio. ET Breuiter in cyriis doxis: idest ratis opinionibus his uerbis. Quod dissoluitur sensu priuatur: quod autem sensu caret nihil ad nos. APTeq; commode: & compendiose: ut selectis quadraret sententiis: potest etiam aperte legi: idest clare non ambigue. DISSolutū disiunctum: separatum: ac per hoc mortuū. Anima siquidem corporeis uinculis alligata dissoluitur morte. NIHIL PERtinere idest non tangere nos cum ex epicuri sententia sensus omnis extinguatur morte. ELEgantius eruditius: & euidentius: quoniam dissolutum significat multa: iccirco elegans uerbum: & ꝓpriam notam debuit apponere: quæ mortē significaret: dissoluti siquidē sunt intemperantes: q nullo rōnis uinculo ligant aut tenent: tū inquit cicero: intelligo qd uelit epicurus: q̄uis ambigue loquat: & ɔfuse. EIVsmodi est talis naturae: & ambiguitatis. NON Satis Plane non aperte ꝓpṙie: eleganter. OMNis SEnsus perceptio: atq; cognitio: qm̄ cū corpore animū extingui opinatus est oscitans epicurus: quapropter nō appellabat dissolutionē: aut separationē: sed utriusq; rei extictionē. REliqui residui: remanentis: & qđ supersit. QVOd Pertineat qđ nos tangat: & curare nos oporteat. CAueat ꝓuideat SAnciat decernat: statuat firmet: roboret: ut quidam iuiolabile. SENtentia iudicio. Agendū solemnib᷒ epulis celebrandū. MENse Gamelione ianuario nuptiis apto: & proli: qm̄ sol lucis autor & argumenti regredit: & robur resumit ascendēs per obliquū circulum ad æstiuū tropicū: gamos græce: nuptiæ latine: & gamelia nuptiarū celebratas. Verba epicuri apud laertium hæc sunt: celebrent natalem diem singulis annis: decima die gamelionos. Nomina græcorū mensium hæc sunt. Mūichion: Hecatombæon: Memacterion Posideon: Thargelion: Metagitnion: Pyanepsion: Gamelion: Echirophorion: Boedromion: Anthesterion: Elaphibolion. EPVlas conuiuia & celebritates. COLATVR honoretur: & celebretur. ET BeLli bonitate præditi. HVMani benigni hospitalis. PHysici naturæ uenatoris atq; interpraetis: hanc siquidē sciam uendicabat sibi epicurus in primis. VLLum Diē: qm̄ abeunt dies: & iidem nō redeūt: nisi forte cū mundanus ann᷒ redierit. Eiusmodi similis illi: q iā fuit. INtercesserint interuenerit intercurrerit. Mūdani āni finis est inqt Macrobi᷒: cū stellæ oēs: oiaq; sydera a certo loco ad eundē locū: ita remeauerint: ut ne una qdē cæli stella in alio loco sit: q̄ in quo fuit cū oēs aliæ ex eo loco motæ sūt: ad quē reuersæ āno suo finē dedere: ita ut lumia quoq; cū erraticis qnq; in hisdē locis: & partibus sint: in qbus incipiēte mūdano anno fuerūt: hoc aūt ut physici uolūt post annoꝝ. xv. milia peracta cōtingūt. SED VT q̄uis. COletur celebrabit. CAVebit ꝓuidebit: mādabit: sanciet. ORAculū diuinū responsum. HOC Non Erat Eius nō ɔueniebat amplissimæ doctrinæ q̄ ꝑ se ferebat epicurus: atq; iactabat. ORA finis: qm̄ epicurus posuit infinitū inane: in quo atomi mouerent: ora ꝓpṙiæ dicit ultima regio ad mare. MEnte rōnis uigore: atq; discursu: amplum ingeniū inqt hæc tā angusta: & uulgaria curare nō debuit: oīsq; hæc cura omittēda est de nobis: & nō negligēda in nr̄is. VNum solū abderitem democritū. NOtandus: signādus: & obseruādus. EPulis cōuiuiis: & cōpotatiōibus. QVos Dies

tanta esse officia morientis? Sed ut Epistolam laudandā arbitror eam, quam modo totidem fere uerbis interpretatus sum, q̄q̄ ea cū sententia eius philosophi nullo modo congruebant, sic eiusdem testamentum non solum philosophi grauitate, sed etiā ab ipsius sententia iudico discrepare. Scripsit enim & multis sæpe uerbis, & breuiter, apperteq; in eo libro quē modo nominaui, mortem nihil ad nos pertinere. Quod. n. dissolutum sit, id esse sine sensu. Quod autem sine sensu sit id nihil omnino ad nos pertinere. Hoc ipsum elegantius poni meliusq; potuit. Nam quod ita positum est. Quod dissolutum sit id esse sine sensu, id eiusmodi est, ut non satis plane dicat. Quid sit dissolutum. Sed tamen intelligo quid uelit. Quero autem Quid sit. Quod cum dissolutione. i. morte sensus omnis extinguatur? & cum reliqui nihil sit omnino, quod pertineat ad nos tam accurate, tamq; diligenter caueat, & sanciat, Vt Amynomachus & Tymocrates heredes sui de Hermachi sententia dent, quod satis sit ad diem agēdum natalem suum quotannis mense gamelione. Itemq; omnibus mensibus uigesimo die lunæ dent ad eoꝝ epulas, qui una secum philosophati sint, ut & sui & Metrodori mēoria colatur. Hæc ego non possum dicere non esse hoīs, & belli, & hūani, sapientis uero nullo modo, physici præsertim, quem se ille uult, putare ullum esse cuiusq̄ diē natalem. Quid? uere idem ne potest esse dies sæpius, q semel fuit? Certe non potest. An eiusdem modi? Ne id quidem nisi cum multa annoꝝ intercesserint millia, ut omnium sydeꝝ eodem unde profecta sint, fiat ad unū tempus reuersio. Nullus est igitur cuiusq̄ dies natalis. At habetur, & ego scilicet id nesciebā. Sed ut sit, etiam ne post mortem coletur? idq; testamēto cauebit is, qui nobis q̄si oraculum ediderit nihil ad nos post mortem pertinere? Hæc nō erant eius, qui innumerabiles mundos, infinitasq; regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas mente peragrauisset. Nunqd tale democritus? ut alios omittam, hunc appello quem ille unum secutus est. Quod si dies notandus fuit, eum ne potius quo natus, an eum quo sapiens factus est? Non potuit inquies fieri sapiens nisi natus esset. Et isto modo, ne si anima quidem eius nata non esset. Res tota Torquate non doctorū hoīum, uelle post mortē epulis celebrari memoriam sui nois. Quos qdem dies quēadmodum

Testamētū quod.

Anni mūdani finis

NON multis partibus:non multo magis. MAlit:magis uelit:& eligat. OMni impunitate:idest etiam si oino impune sine timore poenæ:atq; legitimi supplicii. FACinore:scelere. QVam illo modo:per scelus etiã impunitũ:quasi dicat hoc magis q̃ illud eligerent:tanta uis est naturæ:cui obsisti non potest:aut uix repugnat. QVam uero: docet nunc ppter se cognitionẽ expetendã:nulla expectata utilitate ad corpus & fortunã pertinente. FRuctũ:mercedem:quasi dicat nullã:sed ipsa contẽplatio nos capit:& allicit. QVomodo:quẽ habeant motũ celestia corpora ab oriente in occasum:& cõtra:qualis motus est planetarũ orbi cõtrarius. De:a qb⁹ motoribus:intelligẽtiis ne:an deo:qui stabilis manens dat oibus motũ. primũ siquidem mouens est necessario imobile. AGrestib⁹ institutis:rusticis moribus: & a musis penitus alienis. CONtra studia:facilitates: & curas naturales: qm omnes homines natura scire desiderant. OBdurauit:obriguit:& idocilis oino effectus:& ut ita dicam:indisciplinabilis:& saxeus. ABhorreat:alienus sit. PRO nihilo putet:nihili faciat. PRoaui mei:cẽsorii catonis:cuius filius salonius pater marci consularis e quo natus est hic cato. INstitutus:edoctus:& instructus. INgenue: liberaliter:& pudice. TVrpitudine:obscenitate moꝶ:& impudentia. ETiam si eum læsura non sit:etiam si impune possit eam exercere;& hominum cõsciẽtiam fugere. OFfenditur:leditur. ANimo æquo. pacato. IMpure:turpiter:probrose:pollute. FLAgitiose:scelerate:pterue: intẽperãter. SOrdidos: imundos. VAnos:mendaces. LEues: incõstãtes: mutabiles:uiles:& nullo honore dignos. Futiles: rimarũ plenos & temere secreta effundentes:nullius denique fidei:aut frugis bonæ. QVid autem dici poterit:sensus est: statuere turpitudinem esse fugiendam ppter infamiã: & nõ ppter ipsius turpitudinis dedecus:ut censuit epicurus:est relaxare habenas ipsis sceleratis:ut scilicet occulte turpitudinem oẽm exerceant:nõ suã cõscientiã reformidãtes:sed famã uulgi. QVid dici poterit:quasi dicat:nulla snia magis impellit ad occultũ facinus q̃ statuens turpitudinẽ nõ esse p se fugiendã. PER se:suã fœditatẽ:etiã si hoies ignorarẽt:& obmutuissent. QVO:ppter quod & ut nullo dedecore minus abstineãt. TEnebras:latebras:& noctis caliginẽ. SOlitudinem:solũ locum. FEditate sua:ppria obscenitate. DEterreat:terrendo remoueat:coerceat:reprimat. IN hãc sniam:in hũc sensũ:& talia:siue his similia. COnstituto:posito:& confirmato. PLuris æstimandũ:maiori estimatione:ac ptio dignũ. QVam illa media: idest oia corporis & fortunæ cõmoda ex ipo honesto:idest uirtute puenientia:q̃ stoici appellant media: qm nec uirtuti adnumerant:nec uitio:inter fructus ipsius honesti ponũt corporis cõseruatio:& bonæ ualitudinis custodia:uitiũ quippe naturã corrũpit:& hõ plane uitiosus diu uiuere nequit:unde dicit Aristoteles in quarto moraliũ:se ipsũ pdit uitiũ:& si sit integrũ:fit intolerabile. COmparent:acquirant:puenient:ut sunt diuitiæ:honores: & cætera id genus utilia quæ uirtus parit. STultitiã: imprudentiam. TEmeritatem:audaciã:& temerarium impetum. INiustitiam:iniquitatem. INtẽperantiam:immoderatum uictum. EX ipsis:quatuor scilicet uitiis primis:& quasi fontibus malorum omnium. EVEniant:oriantur:& sequantur. NON ita:idest non in eam sententiam ut pugnantia dicere uideamur:ideo inquit:sic dicimus:quoniam turpes actiones uitio semper ascribimus:corporis autem incommoda non appellamus mala:cum non sint uitia:nihil enim in malis ducimus præter uitium:ut nihil in bonis præter uirtutẽ. HEC oratio:quæ dicit uitia esse fugienda ob eas res:quæ ex ipsis eueniant. EA:idest quatuor illa uitia. NON referuntur:non tendunt:aut spectant. AD incommodum:detrimentum. AD turpes:uitiosas: & uituperatione dignas:cũ sint e malorum numero:corporis uero incommoda minime:ut seuerissimis placuit stoicis. QVE:probrosæ actiones uitiorum sunt fructus:& ideo ut malos decernimus fugiendos. CAcias:uitiositates: & malitias:& cacos dicitur uitiosus:& malitiosus. MAlo:eligo sic nominare:quoniam hæc est uera oppositio uirtutum:& uitiorũ secundum latini eloqui elegantiam:quoniam malitia est pars uitii:& prudẽtiæ opponitur:cum sit fallax ratio:modusq; agendi. APpellant:ipsi græci:& stoici. ILlustribus:perspicuis elegantibus. ET id quod uis significantibus:idest propriis. DAre ciuitatem:facere illam ciuem romanam:quæ prius erat peregrina:& hospita:quoniã nitorem

non multis partibus mali ad sese (etiam omni impunitate proposita) sine facinore q̃ illo mõ puenire? Quam uero utilitatem, aut quem fructum petentes scire cupimus illa, quæ occulta nobis sunt, quomodo moueantur, quibusq; de causis ea uersentur in coelo? Quis autẽ tam agrestibus institutis uiuit, aut quis contra studia naturæ tam uehementer obdurauit, ut a rebus cognitione dignis abhorreat, easq; sine uoluptate, aut utilitate aliq̃ non requirat, & pro nihilo putet? Aut quis est, qui maiorum, aut africanorum, aut eius, quem tu in ore semp habes proaui mei, cæterorumq; uirorum fortium, atq; omni uirtute præstantium facta, dicta, consilia cognoscens, nulla animo afficiatur uoluptate? Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenue, nõ ipsa turpitudine, etiam si eum læsura nõ sit, offendit? Quis animo æquo uidet eum, quem impure, ac flagitiose putet uiuere? Quis nõ odit sordidos, uanos, leues, futiles? Quid autem dici poterit, si turpitudinem non ipsam p se fugiendam esse statueremus, quo minus homines tenebras, & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant, nisi eos per se fœditate sua turpitudo ipsa deterreat? Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam, sed nõ necesse est. Nihil enĩ est de quo minus dubitari possit, q̃ & honesta per se expetẽda, & eodem modo turpia per se esse fugienda. Constituto autem illo, de quo ante diximus, quod honestum sit esse solum bonum, intelligi necesse est, pluris id quod honestum sit æstimãdũ esse, q̃ illa media quæ ex eo comparentur. Stultitiam autem & temeritatem, & iniustitiam, & intemperãtiam cum dicimus esse fugiẽdam, propter eas res quæ ex ipsis eueniant, non ita dicimus, ut cum illo quod positum est solum id esse malum, quod turpe sit, hec pugnare uideat oratio, propterea q; ea non ad corporis incommodum referuntur, sed ad turpes actiones, quæ oriunt e uitiis. Quas enim græci cacias appellãt, uitia malo q̃ malitias nominare. Hæc tu inq̃ Cato uerbis illustribus, & id quod uis declarantibus, itaq; mihi uideris latine docere philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare, quæ quidẽ adhuc

Salonius qui.

Malitia ẽ ps uitii.

romani eloqi non habebat. EFferre: erigere: tollere humo: aliter offerre: idest exhibere: accõmodare: presentare se ro
mano eloquio: q̃ notai ũ: idest appellatonũ. & maxime cõpositarũ iopia laborare credebaᷣ: unde Lucretius egesta
tẽ pat ii sermõis detestat us est cũ omiomeriã pari uerbo exprimere negret. Nĩs latinis elegantib⁹: distinctis .i. p
piis. EST ista: idest stoica pha: q̃ acuta est: & nouis ẽt indiget uerbis: quãppter ñ facile poterat latie tractari: epicu
rea uero facillie. Limatã: expolitã. TEnuitatẽ: subtilitatẽ sententiaꝝ: et noiaꝝ .i. uocabulorũ: qbus res ipse signan
tur: nouis siqdẽ inuentis nouæ appellationes aptãdæ sunt. ESSE quosdã epicuræos phos omis elegantiæ penitus
expertes: & pingui mineruа philosophãtes. QVA
uis lingua: quocũq; mõ loquendi suæ phiæ rõnes
enarrare posse. PARtitioib⁹: distinctionibus:
& diuisionibus. DEfinitionibus: declarationib⁹
reꝝ p genus: & differẽtias: ut dialectica ratio præ
scribit. MOdo tñ: & solũ. PRObare: ut uera iu
dicare. TAcita natura .i. nihil dicens: sed sensuũ
iudicio id asciscens q̃ bonum uideaᷣ: atq; iucũdũ
reiiciat q̃ contrariũ: ut dolorẽ: epicuræi siqdẽ non
rõne: sed sensu bonũ iudicãt ritu beluaꝝ. ASsen
tiaᷣ: suũ nutũ præbeat: & assensum. MInime ob
scuris .i. uulgo notis: ut pote sensilibus. ATten-
do: attente audio. Studiose: diligẽter. Cõmendo
custodienda cõmitto: ut utar cũ usus fuerit. Per se
ipsum: p propriã naturã: ut laudabile per se dr̃ ho
nestũ .i. uirtus: & qcquid ab ea pficiscaᷣ. CERtũ
particulare q̃ prudentiæ opponiᷣ. Virtus aũt ge
nerali appellatiõe uitio cõtraria est generatim sũ-
pto: non specíatim. MOllius: remissius: & non ua
lidis rõib⁹: & præfractis. pbat cato nõ uerbis mõ
sed etiam rebus .i. opinionib⁹: & sententiis differ-
re stoicos a peripateticis. CARneades tuus: no-
ue academiæ phus: in extremo qnto tusculanarũ
questionũ agens de peripateticis: & stoicis dicit.
Quorum cõtrouersiam solebat tanq̃ honorarius
arbiter iudicare carneades. EGREgia: eximia:
quoniã incredibilẽ habuit in differẽdo facilitatẽ:
& pmptitudinẽ carneades. DIscrimen: maximuꝫ
certamẽ. RErum sniarũ nominũ: uocabulorũ: &
appellationum. RE: materia. DIscrepantiam: dis
sonantiã: et dissimilitudinẽ. PERtinere dicant .i.
hẽre in se naturã finis: & sine his beate: siue beatis
sime uiui ñ posse: illa dñr ptinere ad finẽ: q̃ sũt bo
na: ut ita dixerim finalia: q̃ telica dicunᷣ a græcis
Pertinere ad finem q̃dicanᷣ.
Nñ stoici nõ putant cõpleri: & cumulari corporis:
& fortũæ donis: q̃ nõ bona: sed æstimabilia .i. ali
quã habẽtia dignitatem: & pductionẽ appellant
et nõ adiungũt ad finẽ: q̃uis ad illum tẽdant. Ra
tio: snia. IN malis: in numero maloꝝ. Eculeo:
tormento: quo in altum elata corpora torquenᷣ.
Alii qui equleũ quasi paruũ equũ appellant. Sa
pienti: consumatæ uirtutis uiro: cui ex stoicorum
snia semp: & ubiq; adsunt oia bona .i. consumate
dotes animi. ET enim profecto inquit cato: expe
rientia ipsa docet: nõ ipsam naturã: sed opinionẽ
facere uim doloris. Pro patria: p cõmuni bono: q̃
priuatis cõmodis præponi d'bet. LEuiori minori
Opinio: ipsum iudicium: quo talia fieri decere sta
tuimus: & oportere. CONsentaneum: rationi cõ
sonum. EO: tanto. QVO: quanto. MAGNI
æstimanᷣ: magna æstimatione digna sunt primi
genia: scilicet. COMpleri: cumulari numero triũ
bonorum: idest animi: corporis: & fortunæ. Ver-
ba Aristotelis primo moralium hæc sunt. Id au
tem sufficiens esse ponimus: quod solum a cæte-
ris segregatum expetibilem uitam facit: reique
nullius indigentem: talem autem felicitatem
ipsam esse existimamus: & insuper cum non nu-
meratur cum cæteris maxime omnium expeti-
bilẽ: cum numeraᷣ magis: ut par est expetibilem cũ minimo bonoꝝ esse putamus. Augumentum etenim boni fit
id: quod adiungiᷣ. Id autem magis est expetibile: quod maius est bonum. NIhil minus: minime putant stoici: qui
bus placet uitam beatam non augeri multiplicatione etiam uirtutum: quas tantum in bonorum numero ducunt.

Epicurei elegãtiæ expertes.

peregrinari Romæ uidebaᷣ, nec offerre sese nostris ser-
monibus, & ista maxime propter limatam quãdam &
rerũ et uerboꝝ tenuitatẽ. Scio enĩ esse quosdã, Qui qua
uis ligua philosophari possint. Nullis enĩ partitionib⁹,
nullis definitionib⁹ utunᷣ ipsi q dicũt ea se mõ pbare,
qb⁹ natura tacita assentiaᷣ. Itaq; in reb⁹ minime obscu
ris ñ multus est apud eos differẽdi labor. Quare attẽdo
te studiose, & q̃cunq; reb⁹ his de qb⁹ hic s̃mo est, noia
ĩpõis memoriæ cõmẽdo. Mihi .n. erit iisdẽ istis fortasse
iã utẽdũ. Virtutib⁹ igiᷣ rectissime mihi uideris, et ad cõ
suetudinẽ nr̃æ orõnis uitia posuisse contraria. Q̃d .n. ui
tupabile est p se ipsũ id ego ipo uitio noiatũ puto, uł ẽt
a uitio ductũ uituperaᷣ. Sin caciã malitiã dixisses, ad ali-
ud nos unũ certũ uitiũ cõsuetudo latia traduceret hoc
omni uirtuti uitium cõtrario noie opponiᷣ. Tũ ille his
igitur ita positis inqt sequitur magna contentio, quam
tractata est a peripateticis mollius (est enim eorum cõ-
suetudo dicendi non satis acuta, pter ignorationẽ dia
lecticæ), Carneades tuus egregia quadã exercitatione
in dialecticis summaq; eloquentia rem in summũ di-
scrimen adduxit, ppterea q̃ pugnare non d'stitit in om
ni hac q̃stione, quæ de bonis, & malis appelleᷣ, nõ esse
rerum Stoicis cum Peripateticis cõtrouersiã. Sed nomi
num. Mihi aũt nihil tam pspicuũ uideᷣ q̃ has snĩas eoꝝ
philosophoꝝ re inter se magis, q̃ uerbis dissidere, maio
rem multo habere stoicos, & Peripateticos reꝝ oium
discrepãtiã, q̃ uerboꝝ. Quippe cũ Peripatetici oĩa q̃ ip
si bona appellãt, ptinere dicãt ad beate uiuendũ, nostri
uero q̃ æstimatione oio aliqua dignum sit, cõpleri ui
tam beatã nõ putent. An uero certius quicq̃ potest eẽ,
quam illa ratio est eoꝝ q dolorem in malis ponunt, nõ
posse sapientẽ beatũ esse cũ eculeo torqueaᷣ. Eorũ aũt
qui dolorem in malis non habẽt ratio certe cogit, ut in
omnibus tormẽtis conserueᷣ beata uita Sapienti. Ete-
nim si dolores eosdem tolerabilius patianᷣ, q excipiũt
eos pro patria, q̃ leuiori de causa, opinio facit non natu
ra uim doloris, aut maiorẽ, aut minorem. Ne illud q dẽ
est cõsentaneum, ut si cũ tria genera bonorũ sint, quæ
snia est Peripateticoꝝ, eo beatior q̃sq; sit, quo sit corpis
aut externis bonis plenior, ut hoc idem approbandum
sit nobis, ut qui plura hẽat, ea q̃ in corpore magni æsti-
manᷣ, sit beatior. Illi enim corporis cõmodis comple-
ri beatam uitam putant, nostri nihil minus. Nam cum
ita placeat, nec eorum quidem bonorũ, quæ nos bona

VERE

VERE rationabiliter: qm̄ eorum usus semper est bonus. FREquentia: multitudine: accessione ꝑ quoniã ipsum de corum: oportunitas: & conuenientia crescendi accessionem nullam habet apud stoicos: & sic argumentat̃ a maiori quod tunc est: cũ infert̃ minus. ESTImatione dignum. i. fit quoddam productum: sed nõ bonum: ut nos stoici opi namur. PLVris: maioris æstimationis. VAlitudinẽ: corporis integritatem. IN bonis: in numero bonorum. TANtam æstimationem: tantam frequentiam æstimabilium. i. cõmodorum corporis: & fortunæ: ut uitam efficiat bea tiorem: q̃ per se uirtus faciat: hæc s̃nia iquit neruos uirtutis elideret: nos aũt decernimus uirtutẽ sufficere ad bene ui uendũ: & beate immo beatissime. REcte: uere. An secus: an aliter: idest non recte. OFfunditur obte nebratur. Vnde gloriatur idem cicero in orationi bus: tenebras se offudisse iudicibus. INterit: euanescat.

uere appellemus, frequẽtia beatiorem uitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris estimandam, certe min⁹ ad beatam uitam pertinet multitudo corporis commodorum. Etenim si ualere, & sapere magis expetendum sit, q̃ sapere solũ, neq; tamen si utrũq; sit estimatione dignum, pluris fit cõiunctum q̃ sapere ipsum separatum. Nam qui ualitudinem æstimatiõe aliqua dignam iudicamus, neq; tñ ea in bonis ponimus, iidem censem⁹ nulla esse tantam æstimationem, ut ea uirtuti anteponatur. Quod idem Peripatetici non tenent, qbus dicendum est, quæ & honesta actio sit, & sine dolore, eam magis esse expetendam, q̃ si esset eadem actio cum dolorẽ. Nobis aliter uidetur recte secus ne? postea. Sed potest ne rerum maior esse dissensio? Vt enim obscuratur, & offunditur luce solis lumen lucernæ, & ut interit magnitudine maris Aegei stilla muriæ, & ut in diuitiis Cræsi teruncii accessio, & gradus unus in ea uia, quæ est hinc in indiam, sic cum sit is bonorum finis, quem stoici dicunt, omnis ista rerum in corpe sitarum æstimatio splẽdore uirtutis, & magnitudine obscuretur, & obruatur atq; intereat necesse est. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus eucærian) nõ fit maior productiõe tẽpis, habẽt enim suum modum quæq; opportuna dicuntur, sic recta effectio (Catorthosin enim ita appello) quoniam rectũ factum catorthoma, recta igitur effectio, item conuenientia, deniq; ipsum bonum, quod in eo positum est, ut naturæ cõsentiat, crescẽdi accessionem nullam habet. Vt n. opportũitas illa, sic hec de qbus dixi nõ fiũt temporis productione maiora ob eamq; causam stoicis nõ uidetur optabilior, nec magis expetenda beata uita si sit longa, q̃ si breuis. Vtunturq; simili. Vt si coturni laus illa esset ad pedem apte cõuenire, neq; multi coturni paucis anteponerent̃, nec maiores minoribus, sic quoq; omne bonũ, conuenientia, atq; opportũitate finitur, nec plura paucioribus, nec lõginquiora breuiorib⁹ anteponẽtur. Nec uero satis acute dicunt, si bona ualitudo pluris æstimanda sit longa q̃ breuis, sapientiæ quoq; usus lõgissimus qsq; sit plurimi Non intelligunt ualitudinis æstimationem spatio iudicari, uirtutis opportunitate. Vt uideant̃, q illud dicant idem hoc eẽ dicturi, bonã mortẽ, & bonũ partũ melio rem longum esse q̃ breuem. Non uident alia breuitate pluris æstimari, alia diuturnitate. Itaq; cõsentaneum est iis, quæ dicta sunt ratiõe illoꝝ, qui illum bonoꝝ finem, quod appellemus extremũ, qđ ultimũ, putent crescere posse, iisdem placere esse aliũ alio ẽt sapiẽtiorẽ. Itemq; alium magis alio uel peccare, uel recte facere, quod nobis nõ licet dicere, q̃ crescere bonoꝝ finẽ nõ putamus.

STIlla: gutta salsi liquaminis: q̃ e uisceribus thynnorum fiebat: & ponitur muria pro salsa aqua conseruandis quibusdam rebus idonea: & efficax: uulgo dicitur a salgamariis: & salsamẽtariis salmora: quasi salsa muria. CREsi: qui fuit ditissimus rex lydorum. Vnde adagiũ: Cræso ditior. TERuntii: nummi a tribus unciis dicti: quasi triuncii. VNVS gradus: unus motus pedũ qui: & ingressus dicitur: siue passus: unde mille passus. IS: talis in sola uirtute. SItarum: positarum: & consistentium. ESTImatio: præcium: & indicatura. OBscuret̃: obtenebretur: tanquam a maximo splendore. OBruat̃: tegatur: atq; suffocetur: & sæpeliatur magnitudine uirtutis. INtereat: euanescat. OPORtunitatas: ipsa occasio quæ nil aliud est q̃ tempus agendi aptum: & cõueniens: græce dicitur eucæria: & locus actionis oportunitas tẽporis appellatur. Vnde dicimus loco facit: & dicit omnia: idest oportune: & ut decet PROductione: elongatione: quoniam consistit quasi in puncto ipsius temporis. SVVM modũ: ꝓpriam mensuram: & rationẽ: a modo dr̃ modestia: moderatio: modificatio. CONuenientia: decentia: siue decorum ipsum circunstantiis aptum: & modificatum. IPsum bonũ: honesta actio naturæ consentiens: & cõgruens. ACcessionem: augumentum: siue additamentum: cum habeat in se omnem oportunitatẽ. VT oportunitas: sicut talis occasio non crescit. Hæc: idest bona ipsius mentis recta effectio: & decorum. SImili: tali similitudine ad id confirmandum. LAVS: cõmendatio: & finis. APTE: decenter congrue. CONuenientia: concentu: decoro: aptitudine. OPORtunitate: occasione: ac loco. FIniuntur: terminantur: concludunt: fiunt. NEC PLVra scilicet bona: & honestæ actiones. LONGINQVIORA diuturniora. NEC uero: notat hæbetudinem peripateticorum in ipsa similitudine ualitudinis: & sapientiæ usus. Acute: ingeniose. VSVS: actus utendi. PLVrimi: maximæ estimationis. Spatio temporis longitudine. VIRtutis: æstimationem scilicet: atque præcium. OPORTVNITATE occasione decoro: conuenientia respectu circunstantiarum omnium: quæ actionem cõmendãt & æstimatione dignam reddunt. BOnam: laudabilem: & expetendam: quod est absurdissimũ: quoniam cita mors: & breuis eius morsus præponendus est: & optandus: pari ratione breuis partus: & nixus. Vnde dixit horatius. Quid enim concurritur horæ Momento cita mors uenit: aut uictoria læta. ALIA: quedam. RAtione sententia peripateticorum. CONsentaneum: congruum: consequens esse: scilicet gradus: & alium esse alio sapientiorem respectu longioris usus: & spacii: quod quibusdam a natura conceditur in ipsa sapientia: & uirtutis usu quod negatur a stoicis: qui nec in uirtute: nec in uitio ponunt gradus: illi uero progressionem ad utrunque ponunt. SAPIENTIOrem: perfectiorem

Cicerõis iactantia

Circũstãtiæ actionem commendant.

VT enim: probat suam sentẽtiam cato similitudine deuersorum in aqua. RESpirare: spm̃ resumere: atq; anhelitũ ne suffocet. IAM iam: statim: repente. EMERgere: exire: pdireq; in lucem: cuius cõtrariũ est mergo: imergo demergo. ETiam tũ: adhuc mõ: paulo ante. ADItũ: accessum igressũ. IN miseria: in infelicitate: ac si nullũ hrẽt pgressum ad ipsam sapientiam: quã pfectam: & undiq; consumatam uolebant stoici tanq̃ heroicam quandã: & pene diuinã: quæ non facile in hoibus reperitur. MIRabilia: præter cõmunem opinionem: & ideo paradoxa dicuntur a stoicis: idest admirabilia tñ stoicis positionibus consentanea sunt: & consequentia. FIrma: stabilia: & imutabilia. AC uera: idubitata. CONSẽtanea: cõueniẽtia. ET cõsequentia: ab his descẽdẽtia: et minime repugnãtia: cõsequens dr̃ ꝙ sequit̃ ex præmissis: repugnãs uero contrariũ. SED quamq̃: ponit cato moduz quo uirtutes: & uitia crescere dicũt a stoicis. Fũdi quodãmõ extẽdi: & manare: siue fluere lõgius: et latius: qm̃ hõesto accedũt gaudiũ: oblectatio: iucunditas: iubilatio: hilaritas: & cætera id genus cõmitantia decoras actiones. Vitio aũt adueniũt mæror: angor: anxietas: sollicitudo: desperatio: & sic utrũq; fundit̃: & quasi dilatat̃: laertius in Zenone sic scribit: peccata paria existimãt: ut chrysippus ait: in quarto naturaliũ q̃stionũ pseuſ: et Zeno. Nã si uerum uero maius non est: nec falsuz falso maius erit: ita nec fraus fraude: nec peccato peccatũ: nã & q centũ stadiis abest a canopo: & q uno æque in canopo nõ sunt: itaq; & qui minus peccat: & qui amplius æque in recto ope nõ sunt heraclides tamen tarsensis: atq; athenodorus imparia peccata dicunt esse. DVces: puiæ: ac deductrices. VT ea duo hæc: uoluptatẽ scilicet: ac bonã ualitudinem. CONtineant: cõseruent: cũ sint eiusdem generis: diuitiis certe parat̃ uoluptas: & conseruatur: pari rõe bona ualitudo corporis hisdem continet̃: qbus acquirit̃. NON idem: scilicet continẽt: qm̃ assiduum requirunt usum: aliter elabunt̃ facillime. IN bonis: in numero bonorum ex opinione peripateticorum sequit̃ hoc bona fortunæ bonis adnumeranda: sed non est sic in ipsa sapientia: idest perfecta uirtute: ac artibus: & si aliquo modo in his: attamen in illa: idest uirtute: ac sapientia minime. CONtineri: conseruari: cũ dissimilem hanc naturã. Vnde dicit alibi cicero. Diuitias potentem hominem efficere posse: honestũ uero minime. Artes inquit cato comparantur pecuniis: & ingenio: sed sola exercitatione cõtinent̃ Virtutes inquit Aristoteles accipimus operari prius queadmodũ: & in artibus. Quæ nã q̃ postea q̃ didicerimus: facere oportet: & facientes discimus Insup ex eisdẽ: et p eadẽ ois uirtus: et ars similiter & fit: & corrũpitur. Atq; ut breuiter dicã oẽs habitus ex opationibus similibus fiũt. COgitationes: cõmentationes: & cõsiderationes formularũ & rationũ ad artes cõparandas ptinentiũ sunt e numero bonoꝝ: & ferme nullã habent cũ diuitiis similitudinem: quãuis adiumẽto sint: quoniam multa requirunt: ut instrumenta ad acquisitionẽ & usum ipsarum artium. COMpræhensiones perceptiões: & cognitiones. MOuẽt ad appetitionem: sunt de numero appetibilium: ac per hoc bonorum: nam bonum est: quod omnia appetunt. DE artibus quarum finis est opus: ad quod efficiendum instrumentis opus est: & diuitiis: quæ usibus necessariis suppetant. RAtio: natura: qualitas: quoniam exercitatio cõtinet eã & non diuitiæ. COMENtationis: cogitationis: ut conseruetur ipsa sapientia. CONstantiam: continentem tenorem: & perseuerantiam per totam uitam: ut nulla possit esse decon obliuio: quæ artibus aduenire potest: nam citra repræhensionem artifex potest artẽ desinere: secus est de prudentia. quæ uitæ ars: & habetur: & est. COMPLECTATVR: compræhendat: atque contineat. HEC stabilitatem: firmitatẽ: & cõstantiã totius uitæ. Vnde laudantur oportune artem ponentes: & omittentes: prudentia uero si magis magisque circa finem uigilat: & acriores ad decorum seruandum intendit uires. DEINCEPS: successiue. CONFVNDERETVR: perturbaretur: & nullum haberet ordinem. MVNVS: officium: quod in bonorum: & malorum delectu elucet. DEGENDAM: sustentandã. DELECTVM: selectionem: atque discrimen. CONSTITVTVM: positũ: & confirmatum. HEC: ad uitam agendam pertinentia. NIHIL VALERENT: non efficerent beatã uitam: sed naturã ipsam adiuuarent: & uitæ beatæ ministerium exhiberent: & si deessent: non efficerent miseram uitam. sed incommodum aliquod corpori afferrent: animi uero firmas dotes non labefactarent: ut supercilium stoicorum decernit.

Vitio q̃ accidunt

Bonũ qd

Vt.n q demersi sunt in aqua nihilo magis respirare possunt si nõ longe absũt a sũmo, ut iá iamq; possint emergere, q̃ si etiam tum essent in pfundo. Nec catulus ille qui iam appinquat, ut uideat, plus cernit q̃ is, qui mõ est natus, item qui processit aliquantulũ ad uirtutis aditum, nihilominus in miseria est, q̃ ille, qui nihil pcessit. Hæc mirabilia uideri intelligo. Sed cum certe superiora firma, ac uera sint, his aũt ea consentanea, & cõsequẽtia, ne de eorum quidem est ueritate dubitandum. Sed q̃q̃ negant, nec uirtutes, nec uitia crescere, & tñ utrũq; eoꝝ fundi quodãmodo, & quasi dilatari putant. Diuitias aũt Diogenes censeat eam non modo uim habere, ut quasi duces sint ad uoluptatem, & ad ualitudinẽ bonam, sed etiam, ut ea contineant, non idem facere eas etiam in uirtute, neq; i cæteris artibus, ad quas esse dux pecunia potest, continere autem non potest. Itaq; si uoluptas, aut si bona ualitudo sit in bonis, diuitias quoq; i bonis esse ponendas. At si sapientia bonũ sit, non sequi ut etiam diuitias bonum esse dicamus. Neq; ab ulla re, quæ non sit in bonis, id quod sit in bonis, contineri potest, ob eamq; causam, quia cogitationes compræhẽsiones q; rerum, e quibus efficiuntur artes ad appetitiõem mouent, cum diuitiæ non sint in bõis, nulla ars diuitiis contineri potest. Quod si de artibus concedamus, uirtutis tamen non sit eadem ratio, propterea ꝙ hec plurimæ cõmentationis, et exercitationis indigeat quod idẽ in artibus non sit, & ꝙ uirtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius uitæ complectatur, nec hec eadem in artibus esse uideamus. Deinceps explicatur differentia rerum, quam si nõ ullam esse diceremus cõfunderetur ois uita, ut ab Aristone, neq; ullũ sapientiæ munus, aut opus inueniretur, cum inter eas res, quæ ad uitam degendam pertinerent, nihil omnino interesset, neque ullum delectum adhiberi oporteret. Itaque cum esset satis constitutum id solum esse bonum, quod esset honestũ, & id malũ solum quod turpe. Cũ hæc ut illa quæ nihil ualerent ad beate misere ue uiuendũ, aliqd tñ

QVOD

quod differrent esse uoluerūt, ut essent eorum alia æstimabilia, alia cōtra, alia neutrum. Quæꝗ autem æstimāda essent, eorum in aliis satis esse causæ quāobrem quibusdam anteponerentur, ut in ualitudine, ut in integritate sensuum, ut in doloris uacuitate, ut gloriæ, diuitiarum, similium rerum. Alia autem non esse eiusmodi. Itemꝗ eorum quæ nulla digna essent partim satis habere causæ. Quamobrem reiicerētur, ut dolorem, morbum, sensuum amissionem, paupertatem, ignominiā, similia horum, partim non. Itéꝗ hinc illud esse exortū quod zeno proegmenon nominauit, cum uteretur in lingua copiosa factis tamē nominibus, ac nouis, quod nobis in hac inopi lingua non conceditur (q̃q̃ tu hanc copiosiorem etiam dicere soles) sed non alienū est, quo facilius uis uerbi intelligatur, huius uerbi rationem faciēdi zenonis exponere. Vt enim inquit nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatē, idem enim est proegmenon, sed eos qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit ut secundus sit ad regium principatum, sic in uita nō ea quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent, proegmena idest producta nominētur. Quæ uel ita appellemus id erit uerbū e uerbo, uel promota, & remota, uel ut dudum diximus præposita uel præcipua, & illa reiecta. Re enim intellecta in uerborū usu faciles esse debemus. Quoniam autem omne quod est bonum primum locum tenere dicimus, necesse est nec bonū esse, nec malum, hoc quod præpositum, uel præcipuum nominamus. Itaꝗ id definimus quod sit indifferens, cum æstimatione mediocri. Quod enim illi adiaphoron dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem. Neꝗ enim illud fieri poterat ullo modo ut nihil relinqueretur in mediis, quod aut secundum naturam esset, aut contra. Nec cum id relinqueretur, nihil in iis poni, qđ satis æstimabile esset, nec hoc posito non aliqua essent præposita. Recte igitur hec facta distinctio est, atꝗ etiā ab his, quo facilius res perspici possit, hoc simile ponitur. Vt enī inquiunt si hoc fingamus, esse quasi finē, & ultimū ita iacere talū, ut rectus assistat, qui ita talus erit iactus, ut cadat rectus, præpositū quiddam habebit ad finem, aliter qui contra. Neꝗ tñ illa præpositio tali ad eum quē dixi finem pertinebit, sic ea q̃ sunt præposita,

QVOD: in quo haberent differentiam. EStimabilia: digna æstimatione: idest producta: siue præposita. ALIA contra: inæstimabilia. ALia neutrum: nec æstimabilia: nec inæstimabilia: ut sunt capillorum differentiæ: atꝗ barbæ: talia siquidem neutro modo se habent. EOrum in aliis: in quibus horum æstimabilium. CAusæ: rationis: & efficaciæ. VAlitudine: bona corporis habitudine. INtegritate: incolumitate. VAcuitate: indolentia. VT gloriæ: scilicet integritate idest bono nomine: ac fama. NON eiusmodi: non esse talia: idest non habere in se causam: quare quibusdam anteponantur: ut flaua cæsaries: oculus niger: aut cesius: nasus rectus: aquilinus aut simus: talia sunt neutra. MOrbum: infirmitatem aliquam: & debilitatem. IGnominiam: infamiam. PArtim non: ut est nigra coma: horrida barba: esse labeonem: strabonem: petum: uarum: uaciam: compernem frontonem: & cætera id genus: quæ uulgo damna corporis habentur: cum neutra sint. ITemꝗ: similiter uoluerunt: atꝗ dixerunt stoici. HINC: ex hac mediarum rerum differentia: & æstimatione. ESse exortum: originatum: & ductū proegmenon: idest productum: siue præpositum. FActis: formatis: & nouatis: ut scilicet propria essent nouarum rerum: idest sententiarum: quas zeno excogitauit. INopi: egena: & inopia uocabulorū laborāte. NON alienum: oportunum est inquit ponere causam talis nouationis appellationū. VIS: proprietas significationis. RATionem: causam: & qualitatem. FAciendi: fingendi: formandi. IN regia: domo regis. PRODVctum: promotum. IDEM: produci ad dignitatem. SED eos: esse scilicet productos. ORDO: conditio gradus: dignitas: ut scilicet secundum locum a rege optineat. PRImario: summo inde primores ciues qui aliter principes: & optimates dicuntur. ITA sic: idest producta: ut uerbum e uerbo exprimatur. DVdū: paulo ante: ubi dixit cicero: ne hoc ephippiis: & acratophoris potius q̃ proegmenis: & apoproegmenis concedatur: quāq̃ hec quidē præposita recte: & reiecta dicere licebit. RE: sententia: & opinione. FAciles: aperti: & minime scrupulosi: cum ipsa uerba inuenta sint: ut rem ipsam aperiant: & illustrent: nō autem ut tegant: atꝗ obscurent: unde lucretius taxans heracleti obscuritatem dicit: clarus obscuram linguā magis inter inanes: quā de grais inter graios: qui uera requirunt: omnia enim stolidi magis admirantur: amantꝗ inuersis quæ sub uerbis latitantia cernunt: uera ꝑ constituunt: quæ belle tangere possunt: aures & lepido quæ sunt fucata sonore. VSV: consuetudine: actuꝗ utendi. QVod est bonum: honestum. PREcipuum: ante alia positum: & productum. INdifferens: nec honesto ad numerandū: nec uitio: qđ adiaphoron dicunt græci. i. sine differentia. EStimatione: dignitate: ac indicatura. IN mediis: inter uirtutem: & uitium sitis. ID: quod esset secundum naturam. IN his: mediis. SAtis: sufficienter. HOC posito: esse scilicet aliquid satis æstimabile. PRæposita: quibusdā ante posita. Distinctio: diuisio talium æstimabiliū: & mediorū. QVOut. RES: sententia stoicorum: & opinio utuntur hac similitudine: qua posita: & præposita intelliguntur. ITA: tali arte: & compositione: unde dicit martialis: nouit compositos manus improba mittere talos. REctus: in illud latus: quod est erecti?: quatuor habet talus latera: duo sunt planiora: quoꝝ unum pronum: alterum uero illi oppositum cauum: & supinum: hoc uenus: illud canis appellatur: & uulgo fæmina: & mas: aristoteles li. ii. agens de partibus animalium dicit: omnia: quibus datus est talus: cruribus posterioribus continent: ita ut erectus in suffragine parte sui prona foras: supina introrsū spectet: & quæ ueneres uocantur intus aduersæ sibi positæ sunt canes foris. PRÆpositum quiddam; idest proxime accedens ad finem: quod præpositū: productum: promotum: & satis æstimabile dicitur. QVi aliter: idest qui non ita erit iactus. CONtra: idest habebit in se remotum quoddam: reiectū: & inæstimabile. ILla præpositio: promotio: productio: æstimatio. NEꝗ pertinebit: nō habebit naturam finis: quæ telica dicunt græci: pertinentia ad finem interpretatur cato: reformidans finalia: quod uerbum

Dāna corporis q̃.

Tali forma.

esset e uerbo:sed nimis durum est uisum romanis auribus.REFeruntur:reducuntur:& tendunt:quoniam per ipsa
itur ad finem.VIM:significationem:proprietatem.NAturam:qualitatem.AD ultimum pertinentia:habentia in
se uim:& naturam finis:cum sint perfectæ actiones:& perfecta dicuntur officia.TELIca:finalia ita dixerim:telos
Telos qd sit. græce:finis:& extremum latine.INstituamus:incipiamus:instituere aliquid est illud inchoare.VT placuit:nam di
xit supra cicero:etiam soleo:quod uno græci:si aliter non possum pluribus uerbis exponere.EFficientia:uim efficiē
di habentia.ALia utrumque:idest pertinentia:& efficientia.HONestas:laudabiles:atq; perfectas.CONueniens:
decora.PER se ipsa:per propriā naturam:& qua
litatē.HAbitus:qualitas:& dispositio.OB utrā
que rem:quoniam & per se sunt præposita:& ali
quid efficiunt:adiuuant siquidem naturā:& ho-
nestas actiones.DE bona fama:pro bono nomi-
ne:de imperio dimicare idem est quod pro impe-
rio:& de patria:pro patria.APtius:conuenienti
us:& decentius.DEtracta:remota:idest si non fi
at ob utilitatem:quæ sequi solet talem æstimatio
nem.NE digitum porrigendum:ne minimum qui
dem laborandum.ASsentior:accedo eorum opi
nioni:parcissimo catoni hec uerba conueniunt.
POST eos:solensem chrysippum:& babyloniū
diogenem.PRopter se:idest ob nullam aliam uti
litatem.PREpositam:æstimatiōe dignam.SV-
mendam:eligendam.INgenui:liberi:ac ingenuæ
sortis:& ordinis:idest generosi:& nobilis.LIbe-
raliter:honeste:ut decet hominem liberum.BEne
audire:commendari a pudore:cæterisq; uirtuti-
bus:& pietate in primis.BOnis:honestis:& lau-
dabilibus.REM ipsam:bonam famā:& nomen.
VSVM:utilitatem:compendium.COnsultum:
prouisum.POsthumi:nati post humatum patrē.
DEtracto usu:remota utilitate:SED cum quod
honestum sit:posito fine bonorum in sola uirtu-
te ad naturam reuertuntur stoici:ab eaq; petunt
agendi principia:idest actiones naturæ congruen
tes:quis eas segregent a summa rerum expetenda
rum:idest uirtutibus:has actiones media:siue cō
munia officia nominant:quoniam in mediis:&
communib⁹ rebus uersantur:idest circa id omne:
quod fulturis corporis necessarium est:& dona for
tunæ:quæ ad conseruationem cuiusque status ne
cessario parantur.COnsentaneum:cōueniens usi
bus naturæ.FVNgi officio:idest id agere:quod
uitam conseruet:idest cibum quærat:potum:&
cætera omnia:quæ uictus uerbo continentur:&
sapientibus:& insipientibus necessaria sunt:sed
cōsona humanæ naturæ debēt esse:ac necessaria.
NEC i bonis:in numero bonoꝝ:idest honestarū
actionum:cum requisitas non habeant conditio
nes.NEC in malis:in serie malorum:idest turpi-
um actionum:quoniam præse ferunt aliquod ue
stigium honestatis officia media.IN HIS rebus:
idest mediis:& æstimabilibus:ue productis.
PROBABIle:sumendum:ut naturæ consenta-
neum:& uitæ degendæ commodum.ITA:tali
modo:& ratione:siue natura.RAtio:causa pro-
babilitatis.PRObabiliter:rationabiliter:& ue-
risimiliter.OFFIcium:conueniens actio.PRO-
babilis:uerisimilis:& apparens.QVoddam me
dium:idest quod nec uirtus possit dici:nec uitiū.
BONIS:honestis.CONTRARIIS:turpibus.
IN HIS REBVS:mediis scilicet:& æstimabili-
bus.QVIDDAM:aliquid usibus uitæ necessa
rium:ut sunt primigenia:uictus:& fortunæ com
moda.VSVI:utilitati:& fulcro corporis.TOL
LENDVM:abiiciendum:spernendum:pari ratio
ne contemnenda non est illa actio:quæ circa talia
uersatur probabiliter:idest ipsum officium:ne na
tura relinquatur:& prudentia spolietur selectio-
Officium ũ dicat. ne.TAlis:idest probabilis qualitatis:& proprietatis.RAtio:probabilis causa:& uia:modusq; agendi:& uiuendi
e natura.RAtione:pbabilitate aliqua.ID:qđ actū sit cū aliqua rone dicit officiū:q̄si efficiū:idest cōueniēs actio.

referuntur illa quidem ad finem,sed ad eius uim,naturamq; nihil pertinēt.Sequitur illa diuisio,ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia,sic enim appello quæ telica dicuntur iam hoc ipsum instituamus(ut placuit)pluribus uerbis dicere quod non poterimus uno, ut res intelligatur.Alia autem efficientia,quæ græci poetica,alia utrumq;.De pertinentibus,nihil est bonum præter actiones honestas.De efficientibus,nihil præter amicum,sed & pertinentem,& efficientem sapiētiam uolunt esse.Nam quia sapientia est cōueniens actio,est cum illo pertinēti genere quod diximus.Quod autem honestas actiones affert,& efficit,id efficiēs dici potest; hec quæ præposita dicimus,partim sunt per se ipsa præposita,partim q aliquid efficiunt,partim utrūq;.Per se ut quidam habitus oris & uultus,ut status,ut motus,in quibus sunt & præponēda quædam & reiicienda.Alia ob eam rem præposita dicentur,q ex se aliquid efficiāt ut pecunia.Alia autem utranq; rem,ut integri sensus, ut bona ualitudo.De bona autem fama(quā enim appellare eudoxiam,aptius est hoc loco bonam famā appellare q̄ gloriam)chrysippus quidem & diogenes detracta utilitate ne digitum quidem porrigendum esse dicebāt quibus ego uehementer assentior.Qui autem post eos fuerunt,cum carneadem sustinere nō possent, hanc quam dixi bonam famam ipsam propter se præpositam & sumendam esse dixerunt.Esseq; hominis ingenui,& liberaliter educati,uelle bene audire a parētibus,a propinquis,a bonis etiam uiris,idq; propter rem ipsam non propter usum.Dicuntq; ut liberis consultū uelimus etiam si posthumi futuri sint,ppter ipsos,sic futuræ post mortem famæ tamen esse propter rem etiā detracto usu consulendum.Sed quod cum honestum sit,id solum bonum esse dicamus,consentaneum tamē est fungi officio,cum id officiū nec in bonis ponamus, nec in malis.Est enim aliquid in his rebus probabile,& quidem ita ut eius ratio reddi possit,ergo ut etiam probabiliter acti ratio reddi possit.Est autem officiū quod ita factum est,ut eius facti ratio reddi possit.Ex quo intelligitur officium medium quoddam esse,quod neq; in bonis ponatur,nec in contrariis.Quoniam in his rebus quæ neq; in uirtutibus sunt,neq; in uitiis,est tamen quiddam quod usui possit esse,tollendum id non est. Est autem eius generis actio quoq; quædam,& quidē talis,ut rō postulet agere aliqd & facere eoꝝ,quod aūt rōne actū sit,id officiū appellamus.Est igitur officium

EIVS

EIVS Generis: talis naturæ: & qualitatis. ALiquid agere: quoniam ea sumit: quæ natura requirit: a qua petitur agendi principium: idest ipsum officium: quod cathecon: idest conueniens: & congruens naturæ appellabant stoici: ut dictum est. IVDicat. quasi iudicando approbat: quoniam si agit: uidetur statuere illud esse officium: quod ipse agit: nam cum sit sapiens: rectumq; habeat iudicium: falli non potest in ipso iudicio: talis uir siqdem uerū omnium uera norma est: iudicium: & indicatura. QVod propter quod: & ob id. EFFicitur: cōcluditur: & comprobatur concinna ratione: siue tali rationis discursu. nam si est perfectum officium: necessario id ponitur: quod est inchoatum: idest imperfectum: quoniam ab extremo ad extremum sine medio non itur. REcte. honeste: laudabiliter: & per habitum uirtutis perfectum: aduerbia etenim sunt: quæ coronantur: & pfectionem ostendunt officii. INchoatum. impfectum: inchoare aliquid est principium illi dare: ac instituere. unde signa inchoata dicuntur nondum absoluta IVstæ. idest secundū formulas iustitiæ: idest scientiam: electionem. & constantiam. DEpositum: fidei: & custodiæ cōmissum aliqd. IN officiis actionibus mediis: & imperfectis. ILLo addito iuste. idest adiuncto aduerbio fit rectū factū: idest perfectum officium. PER se. idest simpliciter sine aduerbio. IN officio. in actione media: q̄ scilicet nec uirtuti adnumeratur: nec uitio. QVin. quod. Sumendum. eligendū. ITa fit. i. non additis aduerbiis. VT dicitur. nominatᷣ: appellatᷣ sine tali adiuncto. OMni. cōmuni. COntinetᷣ. cōprehenditur. SApientem. perfectū uiruꝫ. INsipientem. imperfectum. SVmpturum. electuꝝ. EFFicitur. cōcluditur: qm̄ non esset cōmune: si in ipsis mediis non uersaretᷣ. Nam perfectū officiū sapientis tantum est. i. uiri cōsumatæ uirtutis. AB his. mediis & pductis. PRoficiscantur. orianᷣ. OFFicia. mediæ actiones: qm̄ ipsæ res mediæ cōgruentes naturæ: ac eius usibus necessariæ: mouētᷣ appetitionem: & actionē: idest officium. AD ea. media: & æstimabilia. REferri. reuocari tanq̄ ad quendam finem: qui tamē ad alium referᷣ. idest ad honestas actiones: ad quas p illas medias: quasi p quosdā gradus ascēditᷣ. IN his. inter hec. siue in hoꝝ numero. Excessum. gressum. & exitū. Mansionem. moram ipsam. & uitam referri. scilicet ad ipsa media. & pro his cōseruādis eligere mortē aliquādo quosdā. aut contrariis euitandis. QVæ secundū naturā sunt. ut bona ualitudo. sensuū integritas indolētia: libertas: facultates: & cætera id genus corporis: & fortunæ commoda. HVius officium: actio naturæ cōsentanea: & cui ratio possit reddi AVt fore: futura uidentᷣ: ut ipsi catoni accidit: & ideo apud uticaꝫ se interemit: ne uultū cæsaris tyranni cerneret: sed hic stoicus rigor ab oibus recte philosophātibus improbatᷣ: et maxime a platone & aristotele: qui mortē sibi adsciscentem timidū appellat: & iniustum. Nec non diuus Augustinus

eius generis, quod neq; in bonis ponatur, nec in cōtrariis. Atq; perspicuū etiam illud est, in istis rebus mediis aliqd agere sapientem. Iudicat igitur cū agit officium illud esse, quod quoniā nunq̄ fallitur in iudicando, erit in mediis rebus officiū, quod efficitur etiam hac cōclusione rationis. Quoniam enim uidemus esse quoddam quod recte factum appellemus, id autem est pfectum officium, erit autem etiam inchoatum, ut si iuste depositum reddere in recte factis sit, in officiis ponatᷣ depositum reddere. Illo enim addito iuste facit rectum factū. Per se autem hoc ipsum reddere in officio ponitᷣ. Quoniamq; nō dubium est, quin in iis, quæ media dicimus sit aliud sumēdum, aliud reiiciendum, quicquid ita fit, aut dicitur omni officio cōtinetur, ex quo intelligitur quoniam seipsos omnes natura diligant tam insipientem q̄ sapientem sumpturum, quæ secūdum naturam sint, reiecturumq; contraria. Ita est quoddam commune officium sapientis, & insipientis, ex quo efficitur uersari in his, quæ media dicamus. Sed cum ab his omnia proficiscantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes in his & excessum e uita & in uita mansionem. In quo enim plura sunt, quæ secundum naturā sunt, huius officiū est in uita manere in quo autem aut sunt plura cōtraria, aut fore uidentur huius officium est e uita excedere. Ex quo apparet, & officium sapientis esse aliquando excedere e uita cum beatus sit, & stulti manere in uita cū sit miser. Nā bonū illud & malū, quod sæpe iam dictū est postea cōsequtur Prima aūt illa naturæ, siue secunda, siue cōtraria sub iudicium sapientis & delectum cadunt, estq; illa subiecta quasi materia sapiētiæ. Itaq; & manendi in uita, & migrandi ratio in oībus his rebus, quas supra dixi metienda. Nam neq; his qui uirtute retinentᷣ in uita, neq; his

in ciuitate dei: nūc tantum insistam explanationi dogmatis: quod est in manibus. In catone maiore ea dicentᷣ: quæ locus exposcet. SApientis: consumati uiri. ALIquando. interdum cum legitima uidelicet causa impellit. CVM sit beatus: idest felix: & omnibus bonis abundans: quæ ne amittat: cōfugit ad portum: idest mortem. STulti. imprudentis: & bona tantum media habētis. CVm sit miser. infelix: & sine ueris bonis: idest uirtutibus: quapropter ut cōmoda naturæ cōseruet: uitam amplectiᷣ. NAm bonum illud: ratio quare hoc utriq; sit agendum: qm̄ beatum hominem sequitur suum bonū: cum in ipsa felicitate mori sūma sit felicitas: & hoiem miserum seqtur suum maluꝫ: cū nō possit uita defunctus ad sapientiā regredi: & beatus fieri: sed in ppetua erit miseria: quapropter in ipsa infelicitate mori maxima est infelicitas. BOnum: honestū. ET malum: turpe. POstea consequtur: comitatᷣ ipsos mortuos illisq; semper adheret. SIVe secunda. prospera: & seligenda. ADuersa. reiicienda: cum sint cōtra ordinē naturæ ET delectum. selectionē: atq; discrimen. QVasi materia: ueritas inquit in talibus: idest dicere hoc est seligendū: hoc remouendum: ut naturæ conueniens: aut contra pertinet ad prudentiam: & quoniam ueritas tangi non potest: materia uero tractabilis est: ideo dixit: quasi materia. Sic in primo officioꝝ agens de prudentia dicit: huic quasi materia: quā tractet: & in qua uersetᷣ: subiecta est ueritas: idē igitᷣ est actiuæ menti affirmare hoc bonū est: hoc malū: qđ inspectiue. Veꝝ est aliqd: aut falsum. MIgrandi: abeūdi. RAtio pbabilis causa. IN oibus his rebus: mediis: q̄ sunt e natura: siue illi aduersa. MEtienda: examinnāda: pōderanda: iudicāda. NAtura neq; affert causam. quare ratio expendenda sit: qm̄ ipsæ circunstantiæ uariant officium. quapropter omnia loco agenda sunt: & dicenda: aliter id: quod decet seruari non poterit. VIR. tute: præcipuo bono ipsius naturæ: quo ad aliorum commoda uti potest: multisq; prodesse: atq; consulere. SI autem uitam abiiceret: in communes usus peccaret uitioq; uoluntaria mors uerteretur.

Cathecō quid.

Cicunstātiæ officium uariant.

qui sine uirtute sunt mors est oppetēda, ut sæpe officiū est sapientis desciscere a uita cū sit beatissimus, si id oportune facere possit, quod est cōuenienter naturæ uiuere. Sic enim cēsent opportunitatis esse beate uiuere. Itaq3 a sapientia precipitur se ipsam si iusserit sapiens ut relinquat. Quamobrem cum uitiorum ista uis non sit, ut causam afferant mortis uoluntariæ perspicuum est etiam stultorum q iidem miseri sunt officium esse manere in uita, si sint in maiore parte earū rerum quas secundum naturam esse dicimus. Et quoniam excedens e uita & manens æque miser est, nec diuturnitas magis ei uitam fugiendam facit, non sine causa dicitur his qui pluribus naturalibus frui possint esse in uita manendū. Pertinere autem ad rem arbitrantur intelligi natura fieri ut liberi a parentibus amentur, a quo naturæ initio ꝓfectam communem humani generis societatem persequimur. Quod primum ītelligi debet figura mēbrisq3 corporum, quæ ipsa declarant procreandi a natura habitam esse rationem. Neq3 uero hec inter se congruere possent, ut natura & procreari uellet, & diligi procreatos non curaret. Atq3 etiam in bestiis uis naturæ inspici potest, quarum in fætu, & in educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius uocem uidemur audire. Quare ut perspicuum est natura nos a dolore abhorrere, sic apparet a natura ipsa, ut eos, quos genuerim[9], amemus impelli. Ex hoc nascitur, ut etiam cōmunis hominum inter homines naturalis sit cōmēdatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum ꝙ homo sit nō alienū uideri. Vt enim in membris alia sunt tanq̄ sibi nata, ut oculi, ut aures, aliqua etiā cæterorꝫ membrorum usum adiuuant, ut crura, ut manus, sic immanes quædam bestiæ sibi solum natæ sunt. At illa quæ cōcha patula pina dicitur isq3 qui enat e concha. Qui ꝙ eam custodiat pinoteres uocatur. In eamq3 cum se recepit includitur, ut uideatur monuisse ut caueret. Item formicæ, apes, ciconiæ, aliorum etiam causa quædam faciunt, multo magis hec coniunctio est hois. Itaq3 natura sumus apti

QVI sine uirtute sunt: quoniam dotes: quas habent naturæ ac fortunæ amitterent: & mors esset illis sempiternū malum. NEq3 mors est oppetenda: non est illis moriendum. DEScíscere: abire: migrare: recedere: & quasi rebellare. BEatissimus: felicissimus: ut in tuto constitutus temeritatem fortunæ non experiatur. OPortune: apto tempore: loco q3: hec ut a stoico recipiātur: quoniam uoluntaria mors oportuna esse nunq̄ potest: & statio uitæ: quam dominās in nobis deus assignauit: iniussu eius deserenda non est. QVod: desciscere a uita oportune. COnueniēter: congruēter: idest accommodare uitam naturæ: mortemq3: ut his fruamur: quæ secundum naturam sunt: declinemusq3 contraria: in extremo secundi tusculanarum questionum dicit cicero ex stoicorū sententia: nam si omnia fugiendæ turpitudinis: adipiscēdæ ꝓ honestatis causa faciamus non modo stimulos doloris sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit: præsertim: cum paratum sit illud hesterna disputatione perfugium: urgentibus asperis: & odiosis doloribus: si tanti nō sint: ut ferendi sint: quo sit cōfugiendum: uides. CEnsent: putant: & iudicant stoici. OPortunitatis esse: pertinere ad occasionē: & conuenientiam felicis uitæ: ita scilicet uiuere: ac mori: ut commoda naturæ cōseruentur uita: & si oportunum fuerit: impendentia mala declinentur morte: sed hec sententia: ut dixi: profana est: & omnino detestabilis. ISta uis: potētia: & efficacia: ut ad mortem uoluntariam impellant: sicut ipsa impellit sapientia ex opinione stoicorum. STultorū: imprudentium. MIseri: infelices cum ueris careant bonis: & naturalibus tantum fruantur. EQue: pariter: similiter: quoniam nullum habet bonū: idest uirtutē. DIuturnitas: lōginquitas temporis: quoniam semper est in eadem sorte: idest miseria etiam in senectute: iccirco uitam amplecti debet: ne quæ habet naturæ commoda: amittat moriens. PERtinere ad rem: utile esse ad uitam degendam e natura: cuius legibus in ratione: modo ꝓ uiuendi parendum est. A Natura fieri: naturalem esse talē amorem. A Parentibus: genitoribus: parentes inqt aristoteles octauo moralium: diligūt natos: ut aliquid sui: nati uero parentes: ut aliquid ex illis: magisq3 coniunctum est id: ex quo natum est ipsi nato q̄ factū ei: quod fecit. A Quo initio: naturali principio: consanguinea amicitia dicit aristoteles multiplex est: pendet autem omnis ex paterna. PRofectam: ortam: inchoatam: originatam ab amore parentum erga liberos. SOcietatem: naturalem coniunctionem: cum sint eiusdem formæ homines: & uno naturæ uinculo colligati. PErsequimur: amplectimur: & perseueranter ad unum usq3 hominē sectamur: omnis & enim naturæ iussu amare debemus. QVod: idest a tali initio profectam esse talē consociationem. MEmbris: genitalibus instrumētis: & partibus. RAtionem: respectum: & curam. CONgruere: rationi consona esse. VIS: potentia: uoluntas: & imperium. FEtu: partu. VOcem: quasi uitalem legem. VT perspicuum: sicut inquit euidens est nos duce natura fugere dolorem sensibus inimicum: sic clarum est amari a nobis filios. IMpelli: cogi naturæ imperio: nam si secus esset procreata: uiuere non possent. COmmunis: generalis: & nullum excipiens hominem: ea ratione: qua homo est. COmmendatio: conciliatio: & opitulatio. OPorteat: necesse sit. NON alienum: non abiunctum ratione humanitatis: & conformatione corporis: & rationis. TAnq̄ sibi: ad proprium usum: & munus. VSVM: actum utēdi: & modum. IMmanes: efferatæ crudelissimæ. PIna: concharum generis & pina est inquit plinius: nec unq̄ sine comite: quem pinoterem uocant: alii pinophilacem: pandit se pina: luminibus orbum corpus minutis pisciculis prebens: assultant illi protinus: & ubi licentia creuit: audacia implent eam: hoc tempus speculatus: index morsu leui signat: illa ore compresso: quicquid inclusit: exanimat: partemq3 socio tribuit: aristoteles agens in historia animalium de conchis dicit: custodem intra se cōtinent: squillam: aut paruum cancrum: quo custode priuatæ: pereunt breui tempore: cancri ait colore albo: corpore admodum tenui: in non nullis testa opertis innascuntur: ut in pinis: quos pinoteras uocāt. PInoteres: a uerbo tero: græce custodio: & obseruo latine. REcipit: reducit: regreditur. VT caueret: sibi ꝓspiceret: malū q3 declinaret: piscatores inquit aristoteles: cancros eiusmodi nasci cōfirmant una cum illis: quorꝫ testā inhabitāt. HEC cōiunctio: naturalis

Stoicorū snia.

Pina qd.

naturalis societas: quam ostendit oratio: qua iusta iniusta: emolumenta: & detrimenta enuntiantur: ut omnia redi-
gantur ad concordiam: quoniam eatenus amicitia ciuilis progreditur quatenus iustitia: & sic patet: magis esse so-
ciatum natura hominem: q̃ cætera animalia: quibus uocem tantum dedit natura. AD cætus: conuentus. COnci-
lia: congregationes: conuocationes. CIuitates: communes habitationes: & legum participationem. NVmine: potē-
tia: & imperio: siue nutu. COnsequi: euenire: ac esse consequens: & consentaneum: ut commune bonum priuato an-
teponatur. CIuilis officii: actionis bono ciui conuenientis. SVE: propriæ. COnsulit: prouidet. DOcet: sua morte
ostendit. IN humana: fera & ab humanitate alie-
na penitus. DVcitur: existimatur: habetur. VVL-
gari: noto passim: & trito tranquillus agens de ne
ronis feritate dicit: sed nec populo: aut menibꝰ pa
triæ pepercit: dicente quodam in sermone commu
ni: me moriēte: terra misceatur igni: immo inquit
me uiuo. ALiquādo: aliquo tempore: tādem post — Neronis dictum.
nos. PRopter ipsos: illorum tantū gratia: non no
stra. AFfectione: dispositione: & caritate erga ne
potes: quibus prospiciendū est bonis uiris alieno
usui magis q̃ suo natis: quapropter arbores serun
tur: quæ alteri sæculo prosint. SVmma: maxima
ut hominem scilicet non uideat: talem solitudinē
natura non patitur: sed de his dixi quondā in offi
ciis: dicamq; in lælio. COmmunitatem: participa
tionem: & cōmunicationem iuri primo: idest natu
rali præscripto congruentem: omne: quod uides:
ait seneca: quo diuina: atq; humana conclusa sunt
unum est: membra sumus corporis magni. Natura
nos cognatos edidit: hec nobis amorē indidit mu
tuum: & sociabiles fecit: in commune habeamus
quod nati sumus. RAtionibus tradendis: traden
do rationes: & formulas uitæ degendæ cum deco
ro: quod munus est prudentiæ bonorum: & malo
rum delectum habentis. PRopensi: faciles: & pro
ni. VI: omni conatu. VAlent opibus: facultatibꝰ:
& corporis fortunæq; auxiliis: dotibus: & instru-
mentis: ut ualuit hercules: & liber pater: qui orbē
terræ lustrarunt: monstraq; sustulerunt. OPtimū:
beneficentissimum. MAximum: potentissimum.
SAlutarem: propitium. HOspitalem: benignū:
& hospitibus iura dantem. STatorem: conserua
torem: & fulcrum quoddam rerum humanarum:
Iouem inquit seneca optimum: ac maximum rite
dices: & tonantem: & statorem: qui non: ut histo-
ria tradiderunt: ex eo: quod post uotum susceptū
acies romanorum fugientiū steterit: sed quod stāt
beneficio eius omnia: stator: stabilitorq; est. INtel-
ligi: significari: & cognosci. TVtela: custodia: &
protectione. MInime conuenit: non est consonum — Pulcherrima sen-
rationi: ut id a deo petamus: quod nos in socios: — ten-
& fratres negligimus: in hanc ferme sententiā sunt — tia.
uerba hec ex oratione numidici metelli: autore gel
lio. Dii immortales plurimū possunt: sed nō plus
uelle debent q̃ parents. At parentes si pergunt li-
beri errare: bonis exheredant: quid ergo nos a diis
immortalibus diutius expectemus: nisi malis ra-
tionibus finem facimus: hisdem deos propitios eē
æquum est: qui sibi aduersarii nō sunt dii immor
tales uirtutem approbare: non adhibere debent.
VIles: unius pretii: idest non cari non amantes in
uicem. ABiecti: reiecti. NEglecti: spreti: contēpti:
& pro nihilo habiti. CAri: non uiles: non abiecti.
QVEMAdmodum sumus inquit a primo ortu
congregati natura: quam ducem sequuti congre-
gandi diligentiam adhibere debemus: & id actu absoluere: quod in nobis illa inchoauit: & potentiam: siue facul-
tatem indidit: ne naturalem legem migrare uideamur. COmmunitatem: communicationem ciuilis uitæ: ac legis.
QVod: esse consociatos. IVstitiæ: quæ cuique dat: quod illi debetur: ex ordinatione primi iuris: idest naturalis.
BONITAti: liberalitati: beneficentiæ si hac de causa inquit lactantius: sunt homines congregati: ut mutuis au-
xiliis imbecillitatem suam tueantur: succurrendum est igitur homini: qui egeat auxilio: cum enim præsidii cau-
sa homines societatem cum hominibus inierint: & sanxerint fedus illud a principio sui ortus inter homines
initum: aut uiolare: aut non conseruare summum nefas putandum est: nam qui se a præstando auxilio re-
mouet: etiam ab accipiendo se remoueat: necesse est: quia nullius ope indigere se putat: qui alteri suam denegat:

ad cætus, cōcilia, ciuitates. Mundum autem censent re-
gi numine deoꝝ, eúq; esse quasi cōem urbem & ciuita
tem hoium & deoꝝ, & unúquemq; nostrū eius mundi
esse partē, ex quo illud natura cōsequi, ut cōem utilita-
tem nostræ anteponamꝰ. Vt enim leges omniū salutē,
singuloꝝ saluti anteponunt, sic uir bonus, & sapiēs, &
legibus parēs, & ciuilis officii nō ignarus utilitati homi
num plusq̃ unius alicuius, aut suæ consulit. Nec magis
uituperādus est proditor patriæ, q̃ cōis utilitatis, aut sa-
lutis desertor, ꝓpter suam utilitatē aut salutē. Ex quo fit
ut laudādus sit is, qui mortē oppetat pro repu. q; doce-
at cariorē esse patriā nobis q̃ nosmetipsos, quoniāq; il-
la uox inhumana & scelerata ducitur eoꝝ q̃ negant se
recusare quo minus ipsis mortuis terrarum deflagratio
cōsequatur. Quod uulgari quodā uersu græco pronun
ciari solet. Certe uerū est etiā his q aliquādo futuri sint
esse ꝓpter ipsos cōsulendū. Ex hac animoꝝ affectione,
testamenta commendationesq; morientium natæ sunt
quodq; nemo, ī sūma solitudine uitā agere uelit, ne cū
infinita qdē uoluptatū abundātia, facile intelligit nos
ad cōiunctionē, cōgregationēq; hoium, & ad naturalē
cōmunitatē esse natos. Impellimur autē natura ut pro-
desse uelimꝰ q̃ plurimis, in primisq; docēdo, rōnibusq;
prudētiæ tradēdis. Itaq; ut facile est inuenire qui quod
sciat ipse tradat alteri, ita nō solum ad discendū propen
si sumus, uerū etiā ad docendū. Atq; ut tauris natura da
tum est, ut pro uitulis cōtra leones summa ui impetuq;
cōtēdant, sic ii qui ualēt opibus, atq; id facere possunt,
ut de Hercule & de libero accepimus, ad seruandū ge-
nus hominū natura incitant. Atq; etiā iouē cū optimū
& maximū dicimus, cūq; eundē salutarē, hospitalē, sta-
torē, hoc intelligi uolumus, salutē hoium in eiꝰ esse tu-
tela. Minime aūt cōuenit cū ipsi inter nos uiles, abiecti,
neglectiq; simus, postulare ut diis immortalibus cari si
mus, & ab iis diligamur. Quemadmodum igitur mem
bris utimur priusq̃ didicimus, cuius ea utilitatis causa
habeamus, sic inter nos natura ad ciuilem communi-
tatem coniuncti & consociari sumus. Quod ni ita se
haberet, nec iustitiæ ullus esset, nec bonitati locus.

Et quomodo hominum inter homines iuris esse uincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. Præclare enim chrysippus cætera nata esse causa hominũ, & deorum, eos autem cõmunitatis & societatis suæ, ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine iniuria. Quoniaq; ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet. Qui id conseruaret, eum iustum. Qui migraret, iniustum fore, Sed quemadmodum theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest eius esse eum locum quẽ quisq; occupauerit, sic in urbe, mundo ue cõmuni non aduersatur ius, quo minus suum quidq; cuiusq; sit. Cum autem ad tuendos conseruandosq; homines hominem natum esse uideamus, consentaneum est huic naturæ, ut sapiẽs uelit gerere, & administrare rempu. Atq; ut e natura uiuat uxorem adiungere, & uelle ex ea liberos procreare, ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur. Cynicorum autem rationem atq; uitam, alii cadere in sapiẽtem dicunt, si quis eiusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit. Alii nullo modo. Vt uero conseruetur omnis homini erga hominẽ societas, coniunctio, & caritas, emolumenta, & detrimenta. Quæ Ophelemata, & Blammata appellãt cõmunia esse uoluerunt. Quorum altera prosunt, nocent altera. Neq; solum ea cõia, uerum etiam paria esse dixerũt. Incõmoda, autẽ & cõmoda, ita enĩ euchrestemata, & dyscrestemata appello cõia esse uoluerũt, paria noluerũt. Illa enĩ quæ ꝓsunt, aut quæ nocẽt, aut bona sunt, aut mala, quæ sint paria necesse est. Cõmoda autem & incommoda

huic uero: qui se ipse dissociat: ac secernit a corpore: non ritu hois: sed ferarum more uiuendum est: quod si fieri non potest: retinendum est igitur omni modo uinculum societatis humanæ: quia hõ sine hoie nullo modo põt uiuere: retentio autem societatis est cõmunitas: idest auxilium præstare; ut possimus accipere: quod si fecerunt illi rudes: & adhuc feri hoies: & fecerunt: nondum constituta loquendi ratione: quid putemus hoib? expolitis sermone rerum: omniumq; cõmercio inter se copulatis esse faciendum: qui assueti hoibus: solitudinem ferre non possunt. ET q̃do: sicut: quemadmodum existimant stoici: quodam naturali iure hoies consociari: sic alienos esse a bestiis. VIncula iuris: cõnexiones: & obligationes: nec non cõitates naturæ imperio cõstituras idem cicero in tertio de re.pu. naturæ legem his uerbis depinxit: est quidẽ uera lex: recta ratio naturæ congruens: diffusa in omnis: constans: sempiterna: quæ uocet ad officiũ iubendo: uetando: a fraude deterreat: hæc abrogari non potest: nec uero aut per senatum: aut per populum solui hac lege possumus: neque est querẽdus explanator: aut interpres ei? ali?: nec erit alia lex romæ: alia athenis; sed & omnes gentes: & oi tempore una lex; & sempiterna: & imutabilis continebit: un? erit cõis quasi magister: & imperator omnium deus: ille legis huius inuentor: disceptator: iudex: cui qui non parebit: ipse se fugiet: ac naturam hois aspernabitur: hoc ipso luet maximas pœnas: etiam si cætera supplicia: quæ putantur: effugerit. Nihil iuris. naturalis uinculi: & obligationis. chrysippus in primo libro de iustitia dixit: ut autor est laertius. nullum esse hoi ius cum cæteris aialibus ob naturæ dissimilitudinem. hoc idẽ scripsit posidonius in primo de officiis. COmmunitatis. consociationis ad mutuam opem officiose prestandam. homo siquidem est omnium taliũ finis. & ipsius hois deus gloriosus & infinita bonitas. SIne iniuria. citra uiolationẽ naturalis iuris. & uinculi. EA. talis. & sociabilis. QVAsi ciuile ius. præceptuz naturæ ad ois pertinens hoies tanq̃ magnæ cuiusdam ciuitatis ciues. & partes magni corporis. idest hũanitatis. ideo dixit tanq̃. qm̃ ius ciuile proprie dicitur quod quisque populus sibi constituit. & proprium alicuius ciuitatis. hoc aũt. de quo agitur. naturale ius dicitur. INtercederet. interueniret. ipsosq; hoies inuicem obligaret. ad ferendam in necessitatibus opem. seruãdamq; in rebus oib? cõitatem. ab hoc quasi uberrimo fonte riuuli ciuilium legum emanarunt. & ideo primum ius ab aristotele appellat̃. ID. ius tale. Migraret. trãsgrederetur. alibi dicit cicero. ne ciuilia iura migrare uideatur. SED q̃admodũ. oia inq̃t sunt cõmunia fm ius naturæ. tñ hoc non obstat. quin ꝓpria q̃dam possideamus. mõ talium rerum usus necessitati humanæ pateat. & liberalitati. q̃ semp pauciora sibi relinq̃t: stoici senecæ rõnes lege. vii. libro de bñficiis. THeatruz. locus spectãdis ludis idone?. & cõis. q̃ aũt cõia sunt. occupãtis fiunt. REcte. iure ac uere. OCcupauerit. uacuum cepit. IVS. naturæ ꝑscriptũ. qd̃ oia cõia esse decreuit. QVO minus. ut nõ. SVum. ꝓpriũ. siue priuatũ. qd̃ ius gentiũ inuexit. possessiuaq; noia excogitauit. nõ recedens a natura hois. sed illã ordinãs potius. & ɔfirmãs. ut ois discordiæ cã tollat̃. plectaturq; secordia. & ignauia. GEre- re. q̃si ferre ɔsilio. ac p hoc regere. ADministrare. actu ipso. & opa. i. corpis ministerio gubernare ipsam rẽ cõem. & fungi magistratu. cui cõe bonũ ꝓpositũ est. E Natura. fm naturæ legẽ. SAnctos. honestos. & pios. Vitã. modũ uiuendi sine uerecundia. cynici phi. autore laertio in diogene. dicebãt uxores debere esse cões. nec esse iniquuz e tẽplo aliqd accipe. nec iniustum esse humanis uesci carnib?. in officiis ꝑcepit cicero. repudiãdã esse cynicorũ rõnem. cum sit inimica uerecundiæ. laertius in zenone stoicorũ principe sic scribit. Dicunt sapientẽ cynicã sectã amplexurũ. esse enĩ ualidã. & celerẽ ad uirtutes uiã. ut apollodorus in moralib? fatet̃. gustaturũ insup humanas carnes. si ita casu obuenerit. Rationẽ. disciplinã. & institutionẽ. Casus. fors. ɔditio tẽporis. fortuna. NVllo mõ. ut seruet̃ pudor humanæ rõni ɔsentaneus inprimis. zeno inq̃t laertius. ad phiam erat aptissimus. uerum uerecundior q̃ ut se ad impudentiã cynicã ɔferre posset. ET caritas. ꝑfectus amor. quẽ priuata utilitas interdũ uiolat. ideirco stoici decreuerunt. EMOlumenta. idest ea. q̃ prosunt. & quæ nocẽt esse cõia. ut scilicet participes sint hoies emolumenti. & pariter detrimenta tolerent. sociũq; sustentent cõicentq; labores. e naturæ impio inquit seneca miserius est nocere. q̃ lædi ex illius imperio paratæ sunt iuuãtis manus. hi uersus. & in pectore & in ore sint. homo sum. nihil humani a me alienũ puto. BLammata. a uerbo blabo: & blapto. quod latine significat noceo. Paria. eiusdem q̃litatis. & quantitatis. qm̃ in bonis. & malis nullos gradus ponebãt stoici. ut dictũ est. INcõmoda. ea. q̃ eueniũt aduersa in corpore. atq; fortunis q̃ reiciẽda dñr a stoicis. & nõ mala. qm̃ nõ hñt adnexũ uitiũ. cõmoda ẽt dñr sumẽda: & nõ bona. qm̃ i se uirtutẽ nõ habent. COmmunia. oibus cõicanda. cum usus exposcet. NON paria. nõ eiusdẽ qualitatis. & quãtitatis. cum nõ sint de genere bonorum. & malorum. quæ paria sunt. ut supra patuit. commoda ergo. & incommoda habent gradus. ILla enim. rationem affert: quare emolumenta & detrimenta sunt paria. quoniam inquit bona sunt. aut ma-

[margin: Legis diffinitio.]
[margin: Theatrum quid sit.]

a:quæ nullam habent cresendi accessionem. IN eo genere:qualitate rerum:& sorte:quæ dicuntur mediæ:paresq; nõ sunt. EMolumenta:utilia. COMmunia dicuntur:ad omnis pertinere affirmatur. REcte facta:perfecta officia. ET peccata:delicta:& transgressiões legis:naturæ:rationisq;. NON habentur communia:quoniam illius propria sunt:qui recte agit:aut peccat. ADhibendam:asciscendam adiungendam putant stoici:quoniam est e numero bonorum:quæ prosunt. EQue:similiter. RAtionem:utilitatem:supputationem:subductionemq; calculorum. AC: sicut. SVam:propriam. ALienum:abiunctum:ac per hoc iniustum. DEtrahere. DE:ab. Disciplinæ:stoicæ ratio

in eo genere sunt, q̃ ꝑposita & reiecta dicimus, ea possunt paria non esse. Sed emolumẽta cõia esse dicunt̃, recte aũt facta, & peccata nõ habent̃ cõia. Amicitiá autẽ adhibendã esse cẽsent ꝗa sit ex eo genere, q̃ prosunt, q̃q̃ asit in amicitia alii dicũt æque cará esse sapiẽti rõné amici, ac suá. Alii aũt sibi cuiq; carioré suá, Tamen ii quoq; posteriores fatent̃ alienũ esse a iustitia, ad quá nati esse uideamur, detrahere q̃d de aliquo, qđ sibi assumat. Minime uero ꝓbatur huic disciplinæ de q̃ loquor, aut amicitiá, aut iustitiá, ꝓpter utilitates adsciscí, aut ꝓbari. Eædem enĩ utilitates poterũt eas labefactare atq; puertere. Etenim nec iustitia, nec amicitia esse oĩno poterũt, nisi ipsæ p se expetant̃. Ius aũt q̃d ita dici appellariq; possit, id esse naturá, alienũq; esse a sapiẽte nõ mõ iniuriá cui facere, uerũ etiá nocere. Nec uero rectũ est cum amicis aut benemeritis cõsociare, aut cõiũgere iniuriá. Grauissimeq; & uerissime deffenditur nũq̃ æq̃taté ab utilitate posse seiũgi, & q̃cq̃d æquũ iustũq; esset id etiá honestũ uicissimq; q̃cq̃d esset honestũ id iustum etiá atq; æquũ fore. Ad easq; uirtutes, de quibus disputatũ est, dialecticam etiá adiungunt; & Physicá, easq; ambas uirtutum noĩe appellant. Alterá q̇ hẽat rationẽ, ne cui falso assentiamur, ne ue unquá captiosa ꝓbabilitate fallamur. Eaq; q̃ de bonis, & malis diceremus, ut tenere tueriq; possim⁹, ná sine hac arte quemuis arbitramur a uero abduci, falliq; posse. Recte igitur si oĩbus in rebus temeritas, ignoratioq; uitiosa est, ars ab his ea quæ tollit uirtus nominata est. Physicæ quoq; nõ sine causa tributus idẽ est honos, propterea q̇ qui conuenienter naturæ uicturus sit, ei & ꝓficiscẽdũ est ab oĩ mũdo, & ab ei⁹ ꝓcuratiõe. Nec uero põt q̃sq̃ de bonis & de malis uere iudicare, nisi oĩ cognita rõne naturæ, & uitæ etiá deorũ, & utrũ conueniat nec ne natura hoĩs cũ uniuersa. Quæq; sunt uetera præcepta sapiẽtũ. Qui iubent tẽpori parere, &

ni. AScisci:aduocari. PRobari: laudari. LAbefactare; maculare. PEruertere:destruere: quoniaz remota causa: remouetur effectus. PER se:per ꝓpriam naturam:non propter usum:atq; compendiũ:essent enim fenerationes:& nõ uirtutes. IVS autem: stoicus philosophus inquit cato:cum ius nominat:non positiuum:siue ciuile intelligit:sed ius naturale:quod perfectissimũ est:& mutari nõ potest:scribiturq; in mente boni uiri: & æqui qui prodest:& nemini nocet:natura ita præscribente: chrysippus in libro de honesto:ut autor est laertius:dicebat:ius natura cõstare:nõ positiõe. ITA: sicut uerum sit ius:uera lex:& recta ratio:quæ recte:ac iuste iubet uiuere:ac peccare:iniuriamq; inferre uetat in primis. NAtura:naturali iussu:& imperio siue naturam idest naturale præscriptum & legem. utroque modo idem significatur. INiuriá: uiolentiam alicui inferre. NOcere:minimum nocumentum in fortunis facere. REctum:honestuz inquit non est fieri socium iniuriarum ipsis amicis: quoniaz hæc prima lex sancitur in amicitia:ut ab amicis honesta petamus:& amicorum causa faciamus honesta:si secus fieret:nõ amicitiæ essent:sed coniurationes. BEnemeritis:quibus debemus ob aliquod beneficium in nos collatum. CONsociare:socios fieri iniuriarum. GRauissime: seuerissime. EQuitatem:iustitiam & bonitatem:quoniaz nihil potest esse utile:quod non sit honestum: utile siquidem:& bonum idem apud stoicos: & bonum idem quod honestũ. HOnestum:natura laudabile. AD eas uirtutes:honestas uiuendi rationes:idest prudentiam fortitudinem:amicitiam:atq; iustitiam. VIrtutum:quoniá prosunt in primis: uirtus enim ea ratio dicitur a stoicis:quæ per se petenda est:& prodest:quod proprium ipsius honestatis munus. ALteram:differendi:uériq; inueniẽdi uiam. RAtionem:artem:& cautioné. CAptiosa:fallaci uerisimilitudie:laq̃oq; sophistico. FALlamur:circũueniamur. DE bonis:de natura bonorum & malorum:idest uirtutum:& uitiorum siue honestoq;:& turpium. TEnere:cõseruare. TVEri:defendere rationib⁹:& dialecticis formulis. ABduci:amoueri:separari:abstrahi. FALLI: decipi. REcte:iure ac merito. TEmeritas:imprudentia: & temerarius assensus. EA:temeritatem:& ignorantiam. TOllit:aufert:remouet. PHYsicæ:uenationi:& interpretationi ipsius naturæ:quæ late patet. IDem honos:idest nomen uirtutis. COnuenienter:idest ut ipsa natura requirit:quæ optat ab homine inuestigari:& percipi:ut inde id eliciat:quod uitæ conducat:& moribus:congruere autem naturæ is non potest: qui eam naturæ ignorat:atq; decretum. PRoficiscendum:abeundum:& discedendum a rebus agendis:& interpretationi naturæ inhærendum. PRocuratione:administratione. BONIS:& malis:laudabilibus:& uituperabilibus. OMni ratione:qualitate:proprietate non solum rei naturalis:sed etiam ipsorum deorum de quorum ui:actione prouidentia:& in humanum genus beneficiis:dictum est in libris de natura deorum. VItæ:modi:& uiæ uiuendi congruenter diuinæ maiestati. COnueniat:concinat:sitq; similis:quoniam habet in se homo quicquid uniuersa: siue tota natura rerum complectitur:uidelicet compositionem e quatuor elementis:animam altricem:sensilem loco mouentem:& rationalem qua nihil est in homine diuinius:unde microcosmus dicitur homo a græcis:idest paruus mũdus. CVM uniuersa:generali natura:quæ omnia complectitur. PRecepta sapientum: plato in eo dialogo:qui pythagoras inscribitur & in charmide:in quo agitur de temperantia sic scribit:septem sapientes emuli fuerunt:ac discipuli laconicæ disciplinæ:quam esse talem comperimus:uerba breuia memoratu digna:hi conuenientes de cõmuni consensu:& sententia:has delphici apollinis templo primitias sapientiæ dedicarunt:quæ tẽplo inscriptæ ab omnibus celebrantur:cognosce te ipsum;ne quid nimis: sponsioni adest iactura:æris alieni comes miseria:deum sequere. TEMpori:conditioni & sorti ipsius temporis:quod multa secum affert:uariatq; humana officia: quæ ob id a circumstantiis dicuntur a latinis: & a græcis conuenientia secũdum circumstantiam:quæ peristasis dicitur ab illis.

Ius secundum stoicos q̃d rectẽ dicatur.

Cõgruere naturæ q nõ põt.

SEqui deum: diuinam institutionez: & legem: qui dant beneficia inquit seneca: deum imitantur. SE noscere: rationis uidelicet excellentiam: & diuinam similitudinem. NIhil nimis: idest modum in omni re seruandum: & temperantiam. SIne physicis: naturæ rationibus: & interpretationibus. VIM: significationē: & proprietatem. MAximamq; uim scilicet: & efficaciam. VIdere: percipere: atq; intelligere. COlendam: amandam: & exercendam. TVendas: conseruandas. REliquas caritates: amabiles coniunctiones. QVid ualeat: possit: & uelit communis parens natura. HEC una cognitio: hæc sola notitia naturalis sciētiæ: quæ proprietates rerum omnium aperit: & quid cuique naturæ congruat: & cuiusque facilitates: & propensiones ostendit. PIetas: idest cultus: & reuerentia erga supremum numen. QVanta gratia: obligatio: & retributio debeatur diuinis in nos donis: & muneribus. EXplicatione: declaratione supremæ illius excellētiæ: quæ omnia creauit: tuetur: & fouet: quapropter hinc colligitur: quantuz debet diuinæ benignitati humanum genus. Alibi copiosius de his: ut locus ipse poscebat dictū est. PROuectuz: progressum. PRoposita ratio; causa: quæ nos ad hanc stoici dogmatis explicationem impulit. COMpositio: connexio: & ratus ordo stoicæ institutionis: & undique sibi consona reruz series ut nihil mutari possit. QVis: compositionem: & ordinez. NON ne miraris: quasi dicat digna sunt hæc admiratione uel maxima. IN natura: in naturalibus rebus: quibus nihil potest esse perfectius. APtius: conuenientius. DEscriptius: rationabilius: artificiosius: & perfectius. OPerib⁹ manu factis: opificuz arte elaboratis ad ipsius naturæ imitationem. COMpositum: concinnatum: constructum. COmpactum: ad unguem coniunctum: & adamussim. COagmentatum: ferruminatum: & constrictum. POsterius: consequens. PRiori: antecedenti non concinit: congruitq;. REspōdeat: cōueniat: structuram inquit plinius ad normam & libellam: & perpendiculum respondere oportet. VIdelicet: profecto. NEctitur: copulatur. VT nō labent: non nutent: atq; uacillent. QVO: ad quod tanq̄ perfectius nequeat impelli tale cōnexum: & copulatuz. QVam grauis: decora & seuera. MAgnifica: excelsa: & infra se cuncta despiciēs. CONstans: subnixa: stabilita: non uacillans: inuariabilis. SApientis: consumati uiri: qualem disciplina stoica effingit. RAtio, uera reruz æstimatio. & indicatura. BEatus. omni bono cumulatus. ac per hoc felicissimus. IMperitis. ignaris quantas uires habeat uirtus. & quæ sit stoicorum. sententia. in his paradoxis. idest admirabilibus opinionibus. REctius. uerius. & iustius q̄ tarquinius superbus e romano deturbatus regno: quoniam nec se. nec suos regere scuit. MAgister. moderator. QVibus præcipua cura reruz incumbit dicit ulpianus. & q magisq̄ cæteri diligentiam & sollicitudinē rebus. quibus præsunt debent. hi magistri appellantur. quin etiam & ipsi magistratus per deriuationez a magistris cognominantur. Vnde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri appellantur a monendo. uel monstrando. PEstiferorum. maximorum. LVxuriæ. intemperantiæ. auaritiæ. inexplebilis cupiditatis. CRudelitatis. seuitiæ. ac immanitatis. NIsi eguisset. idest nisi fuisset pauper. non inhiasset parthico auro. Euphrates fluuius romanum imperium a parthicho dirimebat: NVlla belli causa. quoniam iuncti erant federe romanis. iccirco iniustum crassus mouit bellum auri sola cupiditate impulsus. quapropter egestatem potius q̄ opulentiam præseferebat. QVi scit uti. qui habet prudentiam. & uerum modum in omnium rerum usu. PVlcher. formosus. decor⁹ uenustus. LIneamenta. fila. ductus. proportiones. conuenientiæ. uirtutes denique omnes proprium habentes leporem. & cōmensurationem. siue oportunitatem. SOlus liber. idest uera libertate animi honestatus cum affectibus non seruiat. & nec fortunæ. nec tyranno succumbat. semper magnus. atq; inuictus. DOminationi. tyrannidi. CVpiditati. cuicunque libidini. INuictus. fortis. animosus insuperabilis. quoniaz generosus animus ligari non potest: aut uinci aduersis: in quibus enitescit atq; censetur. NEC expectet. idest qui semper sit beatus: nec timeat fortuitū euentum. COnfecerit. absoluerit. hæc fuit solonis ad cresum lydorum regem sententia. neminem scilicet dici beatū posse ante obitum. quam damnat cato. asseuerat q; sapientem dicendum esse beatum. cum est beatus. idest uirtute præditus. & e natura uiuens. Aristoteles libro primo moralium expendens opinionem solonis cōcludit. non esse respiciendum ad fortunam. cum de felicitate actuosi hominis agitur. sed ad ipsam uirtutez: in cuius usu felicitas consistit. cuius uerba hæc sunt. quomodo non est absurduz. si cum est felix. non uere dicetur de ipso. quod est. quia ue

Plinianū dictum.

Crassi auri cupid⁹. tas.

sequi deum, & se noscere, & nihil nimis. Hæc sine physicis quam uim habeant, & habent maximam, uidere nemo potest. Atq; etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias, & reliquas caritates quid natura ualeat, hæc una cognitio potest tradere. Nec uero pietas aduersus deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturæ intelligi potest. Sed iam sentio me esse longi⁹ prouectum, q̄ proposita non postularet. Verum admirabilis compositio disciplinæ, incredibilisq; rerum traxit ordo. Quæ per deos imortales nōne miraris? Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptu⁹, aut in operibus manu factis tam compositum, tanq; cōpactum, & coagmētatum inueniri potest? Quid posterius priori non conuenit? Quid sequitur quod non respondeat superiori? Quid nō sic aliud ex alio nectitur, ut nō si ullam litteram moueris, labent omnia? Nec tamen quicq̄ est quo moueri possit. Quam grauis uero, q̄ magnifica, q̄ constans conficitur persona sapientis, qui cum ratio docuerit, quod honestum esset, id eē solum bonum, semper sit necesse est beatus, uereq; omnia ista nomina possideat, quæ irrideri ab imperitis solent. Rectius enim appellabitur Rex q̄ Tarquinius qui nec se, nec suos regere potuit. Recti⁹ magister populi (is enim est dictator) q̄ sylla, qui trium pestiferorum uitiorum luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Rectius diues q̄ crassus. Qui nisi eguisset, nūq̄ Eufratem nulla belli causa transire uoluisset. Recte eius omnia dicentur, q; scit uti solus omnibus. Recte etiam pulcher appellabitur, animi enim lineamēta sunt pulchriora q̄ corporis. Recte solus liber, nec dominationi cuiusq̄ parens, neq; obediens cupiditati. Recte inuictus, cuius etiam si corpus cōstringatur, animo tamen uincula iniici nulla possint. Nec expectet ullum tempus ætatis, ut tum deniq; iudicetur, beatus ne fuerit, cum extremū uitæ diē morte confecerit. Quod ille unus e septem sapientibus, nō

uentes dicere beatos ob mutationes nolumus. Nam si fortunā sequemur: saepe felicem: ac miserum eundem dicemus chameleontem quendam ostendentes ipsum felicem esse. ac debiliter collocatum: fortunam sequi nullo modo est rectum: non est enim in ipsa bene uel male uiuere situm: sed indiget humana uita ipsius: ut diximus. Actiones studiosae: felicitatis dominae sunt & uitiosae infelicitatis: id igitur: qđ querit: competit ipsi felici: & erit talis per uitam: nam semper: aut maxime ea aget: & contemplabitur: quae prodeunt a uirtute: fortunamq; feret pulcherrime & omni ex parte concinne: ac aequabiliter: quippe qui uero bonus: atq; quadratus est sine uituperatione. In infortunio refulget ipsa honestas cum multas qspiam: ac magnas aduersitates facile perfert: cū generosus sit: atq; magnanimus: quod si actiones dominae sunt: ut dixim⁹: uitae: nemo beatorum fuerit miser: nunq̄ enim odiosum quicq̄: aut improbum aget. Q uid igitur obstat eum felicem dicere: qui per uirtutem operatur perfectam. SI FVisset beatus: idest si eam perfectionē habuisset: in qua beata uita consistit: non amisisset eam etiam in incendio: & tauro phalaridis. Idem cicero in ultimo libro tusculanarum questionum dicit. Dabit: dabit inquā se in tormentis beata uita: nec iustitiam temperantiam in primisq; fortitudinem: magnitudinem animi patientiā prosequuta: cum tortoris os uiderit: consistet: uirtutibusq; omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum ꝑfectis resistet extra fores: limenq; carceris. Stoicorum facilis conclusio est: qui cum finem bonorum esse senserunt congruere naturae cumq; ea cōuenienter uiuere: cū sit id in sapiente situm: non officio solum: uerum etiam potestate sequatur: necesse est: ut cuius in potestate summum bonuʒ in eiusdem uita beata sit: ita sit semper beata uita sapiētis: habes quae fortissime de beata uita dici putē. ROGum: pyrram: siue lignorum congeriem: in qua iussu cyri cremandus erat: croeso inquit herodotus super pyram stanti: & si in tanta calamitate posito: tamē uenisse in mentem solonis: ꝙ ab eo nutu dei fuisset dictum: e uiuentibus beatum esse neminem. PROTVLISSET: extendisset: quoniam uita beata non refugit tormenta: & tortores ex stoicorum maxime sententia. VT Neq; quisq̄. scilicet beatus sit: nisi uir bonus idest uirtutibus instructus: ornatus: & munitus. PHILOsophia: idest ea doctrina: quae uitae institutionem pollicetur: & rationis ornatum. COLEndum: amandum: & exercēdum: si boni esse cupimus: & beati. QVID diuinius excellentius: quasi dicat: nihil: cum tantum habeat in se roboris: ut beatam efficiat uitam: & hominem in tranquillissimo statu: & sublimitate collocet: atq; confirmet. Beata uita quid sit.

sapiēter Craesum monuit. Nā si beatus unq̄ fuisset, beatam uitam usq; ad illum a Cyro extructū rogum protulisset. Q uod si ita est, ut neq; quisq̄ nisi bonus uir, & omnes boni beati sint. Q uid philosophia magis colendum? aut quid est uirtute diuinius?

LIBER QVARTVS.

PETRI MARSI RECOGNITIO ET ENARRATIO QVARTI LIBRI CICERONIS DE BONORVM ET MALORVM FINIBVS.



QVAE CVM DIXISSET Academica libertate: ac salibus rationem stoicorum: Labefactat Cicero: docens nullam causam habuisse zenonem commutandi disciplinam ueterum academicorū: peripateticorum: qui nominibus differentes: re ipsa congruebant: quos in omni disciplinarum genere perfectos celebrat: squalidum uero notat stoicorum philosophandi genus. In constitutione finis a natura desciuisse ostendit: corpusque ipsum horrida quadam opinione reliquisse: illorum deniq; paradoxa subsannat: & peccata non esse paria communi quodam sensu: & utilitatis ratione: ac qualitate concludit: FINEm ille: scilicet fecit. NE: certe profecto. ISTAtam multa: multiplices rationes habentia: ut acrem fidam: & tenacem requirant memoriaʒ. MEMoriter: recordanter: ita dixerim et ꝓmpte. OBScura: caliginosa: ambigua. DILucide: clare: explanate: quae uirtus est in differendo & orando uel maxima. OMITtamus: relinquamus contradictionem: aut si id minus placet: tempus detur ad commentandas oppositas rationes NON Audeo dicere: seruat noui academici nihil affirmantis decorum: FVNdatam: inchoatam: & quasi radicatam in naturali principio: et fundamento. EXTRuctam: compositam: & erectam usq; ad fastigium: idest summi boni constitutionē. & exaggerationem per officia: & gradus naturae consentaneos. PERDIScere: perfecte cognoscere ac intelligere: memoriaeq; commendare. NOVA lege: quae praefiniebat tempus patronis causarum. PERORare: ad finem deducere: siue terminare causam orando: affectusq; mouendo: quod in peroratione: idest postrema parte oratiōis requiritur: maxime per orationē inquit fabius quidam cumulum: cōclusionem alii uocant: eius duplex ratio est posita: aut in rebus: aut in affectibus. Rerum repetitio: & congregatio: quae graece dicitur anacephaleosis a quibusdam latinorum enumeratio: & memoriam iudicis reficit: & totam simul causam ponit ante oculos: & etiam si per singula minus moueat: turba ualet. CAVSA: questione de finibus bonorum: atque malorum. Perorare quid.

M.T.C. DE FINIBVS BONORVM ET MALORVM LIBER QTARTVS.



QVAE CVm dixisset finē ille. Ego autem ne tu inq̄ Cato ista exposuisti tam multa memoriter, tam obscura dilucide. Itaq; aut omittamus contra omnino uelle aliquid, aut spacium sumamus ad cogitandum. Tam.n. diligenter, & si minus uere (nam nondū id quidem audeo dicere) sed tn̄ accurate nō modo fundatam, uerum etiam extructā disciplinam nō est facile perdiscere. Tu ne ille tandem inqt Cum te hac noua lege uideam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, i hac mea causa tempus dilaturū putas?

Quæ tamen a te agetur non melior quã illæ sunt, quas interdũ obtines? Quare istam quoq; aggredere tractatã præsertim & ab aliis, & a te ipso sæpe, ut tibi deesse non possit oratio. Tum ego nõ me hercule inquam so lere temere contra stoicos, non quo illis admodũ assen tior, sed pudore impedior. Ita multa dicũt, quæ uix in telligam. Obscura inquit quædam esse cõfiteor, nec ta men ab illis ita dicuntur de industria, sed inest in rebus ipsis obscuritas. Cur igitur easdem res inq̃ peripateticis dicentibus uerbum nullum est, quod non intelligatur? Easdem ne res inquit? an parũ disserui non uerbis stoi- cos a pipateticis, sed uniuersa re, & tota sententia disse tire? Atqui inq̃ Cato si istud obtinueris traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem satis inqt me dixis se. Quare ad ea primum (si uidetur) sin aliud qd uoles postea. Imo istud quidem inq̃, quo loco quidq; nisi iniquũ postulo, rñpõde arbitratu meo. Vt placet. Et si illd erat aptius æquũ cuiq; cõcedere. Existio igit tunq̃ cato ueteres illos Platonis auditores Speusippũ, Aristotelẽ Xenocratẽ, deinde eorũ Polemonẽ, Theophrastũ satis & copiose, & elegãter habuisse cõstitutã disciplinã, ut non esset cã Zenõi cũ Polemonẽ audisset, cur & ab eo ipso, & a superioribus dissideret, quorum fuit hæc insti tutio. In quo aĩaduertas uelim qd putes esse mutandũ. Nec expetes dũ ad oĩa dicam, quæ ante dicta sunt. Vni- uersa cum illorum ratione cum tota uestra confligen- dum puto. Qui cum uiderent ita nos eẽ natos, ut & cõ muniter ad eas uirtutes apti essemus, q̃ notæ illustresq; sunt. Iustitiam dico, Temperantiam, cæterasq; generis eiusdem. Quæ omnes similes artiũ reliquarũ, materia tã tum ad meliorem partem, & tractatiõe differunt, easq; ipsas uirtutes uiderent nos magnificentius appetere, & ardentius, habere etiam isitam quandam, uel potius in natã cupiditatẽ scientiæ, natosq; esse ad cõgregationẽ hominũ, ad societatẽ cõitatẽq; generis humani, ea qm in maximis maxime ingeniis elucere totam philosopiam

Temere qd significat.

AGEtur: tractabitur: & defendetur. NON melior: scilicet est: non interrogatiue positum affirmationis uim habet: sensus est: gloriosius erit philosophicam hanc causam obtinere: quã forensem illam: pro qua tantum laboras. OBtines: uincis in oratiõis. aggredere: arripe: auspicare. TRActatam: disputatam. NON temere: idest ferme nunquã temere significat etiam inconsulte. NON quo: ob id: & quia. PVdore: quadam erubescentia prohibeor. ITA: sic & ualde. DE industria: dedita opera. IN rebus: sententiis: & cõmentis. VNIuersa re: tota materia: & qualitate opinionum: atq; sententiarum. TOta: omni: siue generali. DISSENtire: discrepare. AT qui: certe. OBtinueris: uiceris: & demõstraueris. TRAduces: trãscribes me in stoicum dogma: & familiã. AD ea: quæ dicta sunt a me de fine bonorũ ex stoicorum sententia postea: scilicet queres: & agetur. ISTVD: idest aliud quid: quod uolo. Quo loco: parte: & oportunitate. ARbitratu: iudicio: uoluntate: placito APtius: conuenientius. EQuum: iustum: & honestum. EXIstimo: explicat cicero sententiam ueterum academicorum: ut concludat: nullam habuisse legitimam causam. Zenonem citieum nouandi quippiam: & mutandi: cum oia essent ab illis benefundata: & extructa ad id fastigium: cui nihil addi posset: speusippus fuit platonis nepos xenocrates auditor fuit platonis: polemo xenocratis: & theophrastus aristotelis. ELEganter: polite: & ornate: quoniam fuerunt eloquentissimi: et copiosissimi. CONstitutã: ordiatam: & firmatã Disciplinã: doctrinã: sectam: & institutionẽ oium bonarũ artiũ. DISsideret: dissentiret. INstitutio: disciplia: decretũ: ordinatio documẽtũ. Dicã: respondeã singulis: quoniã totam causam ueterum academicorum stoicæ institutioni opponam. RAtione: doctrina: arte: uia: modo q; philosophãdi. CONfligẽdum: pugnandũ: & disceptandũ. ITa tali sorte: atq; natura. Cõiter: generaliter. APti: idonei: faciles: & natura subornati. ILlustres: insignes: atq; cõspicuæ. Eiusdẽ generis: qualitatis: & naturæ: qm circa mores uersant: & humanas appetitiones finibus qbusdam terminant: & moderantur. SImiles: quoniam oẽs sunt habitus: & pfectiones ratiõis: siue mentis: quæ rerũ agendarũ principium est: & efficiendarum. Virtutes morũ circa actiones uersantur: ut ratio recta præscribit Artes uero similiter circa effectiones: quarũ finis ẽ opus aliquod: ut statua: pictura: domus: & cætera id genus: qua ppter materia tñ circa quã uersant: differunt. AD meliorẽ partem: p maiori pte & ut plurimũ: qm ipsa mens: quæ artes pficit: est quasi inferior illa: quæ actionibus moderatur: & pluribus indiget instrumentibus: enucleãtur hæc ab Aristotele in sexto moralium his uerbis. Actiua mens effectrici menti præest: nam omnis qui facit: gratia hui? facit: & nõ est simpliciter finis: sed ad aliqd: & alicuius: id quod efficit: sed non id: q agitur: ipsa namq; bona actio finis est: & huius ẽ appetitus. Diuersa sunt effectio: atq; actio. quare & habitus: qui cum ratione actuosus est: diuersus ab eo est: qui cum ratione efficit: circa generationẽ

Ars circa quæ uersetur.

omnis ars uersatur: contemplationem ue: quonã modo fiat eorum aliquid: quæ & esse: & non esse possunt: & quorum principium non in eo: quod efficitur: sed in ipso est faciente: cum autem effectio: atque actus diuersa sint: artem effectionis esse: non actionis necesse est: hæc ille. Quapropter summus uates concessit aliis gentibus: & nationibus artes: ut inferiores: & ignobiliores: prudentiam uero regendi populos: & gubernandi romanis: dicens. Excudent alii spirantia mollius æra: Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus: orabunt causas melius: cæliq; meatus. Describent radio: & surgentia sidera dicent. Tu regere imperio populos romane memento. Hæ tibi erunt artes: pacisque imponere morem: parcere subiectis: & debellare superbos. TRACTAtione: modo tractãdi: & exercendi: quoniam illi agunt hi uero efficiunt: illorum finis actio ipsa. horum autem opus aliquod. MAGNIFICENTIVS: uehementius: atque euidentius. INSITAM: appositam. INNATAM: ingenitam: quoniam omnes homines naturali quodam instinctu scientiam appetunt. CONGREGATIONEM: quod homines congregauit ipsa natura: effecit q; socios: & cognatos: amoremq; indidit mutuum. COMVNITATEM: participationem beneficiorum: & auxiliorum. EAQVE: talia ipsius naturæ communis parentis decreta. MAXIMIS: generosis: splendidis: munificis qui omnis suas opes ad beneficentiam conferunt: naturamque ducem ad bene de multis promerendum sequuntur

quuntur

quuntur nil aliud sibi proponentes præter officium: & naturæ decretum. MAXIME: in primis. Elucere: apparere CONfirmari: stabiliri præceptis: & institutis eius philosophiæ: quæ circa uitam uertitur: & mores. DIFfero: prorogo in aliam partem disputationis. STIRPS: origo: radix: & fundamentum præsentis disputationis: qua queritur: quid in bonis extremum sit: quid ue ultimum in malis. MOX: post paulo. HOC loco: parte: ac sorte rerum ad mores pertinentium. RE: materia: & sententia. VOCAbulis: appellationibus: quoniam platonici academicos appellabant se. Aristotelici uero peripateticos. CIVIlem: spectantem ad ciuium moderationem. GRAuiter: erudite: prudenter. COpiose: ample: diffuse q̃. Tractatum: explicatum: locum ciuilē appellat tractatum: pertinentem ad ciuilem gubernationē: qui locus artē dicendi etiam complectitur: quoniam rei pu. moderatoribus necessaria est in primis. IN ARtibus: formulis cōtinentibus modum: uiam: & artem orandi: nam aristoteles de arte dicēdi scripsit ad theodecten: deinde ad Alexandruꝫ EXempla: quasi imagines: quas in dicendo imitari possent nepotes. SVBtiliter: acute: ac dialectice. POlite: culte: eleganter. APte: cōcinne: lepide: decore. DEfinientes: aperientes uim cuiusq; rei propria definitione. Partientes: perite diuidētes: ut omnis ambiguitas tolleretur: atq; cōfusio VT uestri: stoici. SQValidius: incultius: & aridius. Quam niteat: splendescat: floreat q̃. ORnatam: phaleratam: & cōcinnam. GRAuem sententiarum pondere subnixam. MAgnifice: ample. SPLENdide: eleganter et apte. DEgenda: officio cuiusq; etatis. DE phia: de ipsa uiuendi arte: atq; sciendi: unde cicero alibi phiaꝫ appellat uitæ ducē atq; parentem. DE capessenda: regenda: & gubernanda re cōi. TEMperantia: moderatione in cibo: potu: & uenere. NEC more hominū: idest nō ritu eorum: qui acute: atq; aride disputant de rebus: ut stoici faciunt: qui acerualibus rationibus concludunt: & pungunt: non explicant quod proponunt: sed inuoluunt cum laqueis utanť: non explanationibus: ideo dr̄ per quandam translationem spinas euellere: & ossa nudare: quoniā nimia presse locuntur: spinose: atq; ambigue. SED eorum: scilicet more: qui ample: & ornate uellēt oia explicare: ac patefacere. GRANdia: magna: seuera: grauia: sublimia. Enucleate: perarguta subtiliter: & concise: enucleare est nucleum educere: putamq; abiicere. In quarta tusculana dicit: hbes ea quæ de perturbationibus enucleate disputāt stoici. MInora: res: miores nec uerboꝝ: aut sniaꝝ grāditatem requirentes: ut decorum ipsum in omni re patefacienda: & exornanda seruetur: stoici uero ubique concisi fuerunt: & ieiuni: ut eloquentiæ ueramformam nunquam efficiāt. Consolationes: in aliquo infortunio. COHORtationes: ad aliquod opus honestum: atque egregium. Monita: documēta ad bene uiuendum. CONsilia: rōnes alicuiꝰ rei agēdæ: aut declināndæ. Vt est reꝝ natura: q̄ aut in genere ꝯsiderať: aut in parte ut hō: & hic homo: res pu. & hæc uirtus: & prudentia: iustitia: & similia: & sic orta est thesis: & hypothesis græce popositū latie causamq;. Querimus añt: an sit aliquid: qd sit: & quale in prio ualet ꝯiectura: in secūdo definitio in tertio ratio. Idem cicero in oratore sic scribit. Quicquid est: quod in controuersia uersetur: in eo aut sit ne. aut quid sit: aut quale sit: queritur: sitne signis: quid sit definitionibꝰ: quale sit recti prauiq; partibus: qbus uti possit orator: non ille uulgaris: sed hic excellens a propriis personis: & temporibus semper: si potest auocat: controuersiaꝫ latius enim de genere: q̄ de parte disceptare licet: ut quod in uniuerso sit pbatū: id in parte pbari necesse sit: hæc igitur questio a propriis personis: & temporibus ad uniuersi generis orationem traducta appellatur thesis: in hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter differendi: sed ad copiam rhetorum in utranque partem: ut ornatius: & uberiꝰ dici possit: exercuit. Idemque locos sic enim appellant: quasi argumētoꝝ notas: tradidit. GENERIS: qualitatis: & naturæ. HIIS adiunctis: personis: & tēporibꝰ: & sic ponit hypothesim idest causam: idest negocium circumstantiis implicatum: & terminatum. FACTI: & sic oritur status coniecturalis: cum factum negatur. AVT iuris: & est status rationalis legitimus: siue generalis: quoniam de ui: ac genere negocii controuersia est. AVT nominis: & est status difinitiuus: quando scilicet uis uerbi: & propria potestas: siue significatio definitione aperitur. CONTROVERSIAM: contentionem. & dubitationem. IN VTROQVE GEnere. idest proposito. & causa. siue in uniuerso. & in parte. EA DIsciplina. talis institutio. & docendi uia: modusq;

Platoni qui dicebatur.

in tres partes diuiserunt. Quam partitionem a Zenone retentam esse uidemus. Quarum cum una sit qua mores confirmari putantur, differo eam partem, quæ quasi stirps est huius Questionis, qui sit enim finis bonorum mox. Hoc loco tantum dico a ueteribus Peripateticis, Academicisque, qui re consentientes uocabulis differebamt. Eum locum quem ciuilem recte appellaturi uidemur, græce politicon, grauiter, & copiose tractatum. Quam multa illi de Repu. scripserunt, quam multa de legibus, quam multa non solum præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt. Primum enim ipsa illa, quæ subtiliter disserenda erant, polite, apteque dixerunt. Cum definientes, tum partientes, ut uestri etiam, sed uos squallidius. Illorum uides, quam niteat oratio. Deinde ea quæ requirebant orationem ornatam, & grauem, quam magnifice sunt dicta ab illis, quam splendide? De iustitia, de fortitudine, de amicitia de ætate degenda, de philosophia, de capessenda rep. de temperantia, nec more hominum uellentium spinas (ut stoici, nec ossa nudantium, sed eorum, qui grandia ornate uellent, enucleate minora dicere. Itaque quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes? quæ etiam monita? & consilia scripta ad summos uiros? Erat enim apud eos, ut est rerum ipsarum natura, sic dicendi exercitatio duplex. Nam quicquid quæritur id habet, aut generis ipsius sine personis, temporibusque, aut iis adiunctis facti, aut iuris, aut nominis controuersiam. Ergo in utroque exercebantur, eaque disciplina effecit tantam illorum utroque in genere dicendi copiā. Totum genus hoc, & Zeno-

Enucleare qd sit.

& ab eo qui sunt, aut non potuerunt, aut noluerūt, certe reliquerunt. At scripsit artem rhetoricam Cleantes chrysippus etiam, sed sic ut si quis obmutescere concupierit nihil aliud legere debeat. Itaq; uides quomodo loquantur, noua uerba fingunt, deserunt usitata. At q̃ta conantur, mundum hunc omnem oppidum esse nostrum. Incēdit igitur eos qui audiunt, uides quantam rem agas, ut Circeiis qui habitet totum hunc mundū suum municipium esse existimet. Quid ille incendat. Restinguet citius si ardentem acceperit. Ista ipsa quæ tu breuiter Regem, Dictatorem, Diuitem solum esse sapientem, a te quidem apte, ac rotunde quippe habes enim a rhetoribus. Illorum uero ista ipsa quā exilia de uirtutis ui. Quam tantam uolunt esse, ut beatum per se efficere possit. Pungūt quasi aculeis interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui assentiunt nihil commutantur animo. Et iidem abeunt, qui uenerant. Res enim fortasse uerae, certe graues, non ita tractantur ut debent, sed aliquanto minutius. Sequitur disserendi ratio, cognitioque naturæ, nam de summo bono mox (ut dixi) uidebimus, & ad id explicandum disputationem omnen conferemus. In his igitur partibus duabus nihil erat quod Zeno commutare gestiret, res enim præclare se habent, et quidem in utraq; parte. Quid enim ab antiquis ex eo genere quod ad disserendum ualet prætermissum est? Qui & definierunt plurima, & definiendi artem reliquerunt. Quodq; est definitioni adiunctum, ut res in partes diuidatur, id & fit ab illis, & quemadmodum fieri oporteat traditur. Item de contrariis a q̃bus ad genera, formasq; generum uenerunt. Iam argumenti rōne cōclusi

AB eo qui sunt zenonii philosophi: siue stoici. SED sic: ita: idest ieiune: arideq;. OBmutescere: mutus fieri: atq; elinguis. AT quanta conantur: hæc sunt uerba rhetoricæ stoicorum assertoris. QVanta: quam magna: & ampla cum dicunt mundum esse comunē patriam. & omnis esse unius: quasi ciuitatis ciues: ac per hoc sic natura coniunctos: ut nulla esse debeat inter eos de proprietate alicuius rei controuersia. Oppidum: domicilium: & ciuitatem. INcendit: inflamat auditores: mouetq; ad quoscunq; uoluerit affectus. VIdes: consideras ne inquit defensor stoicorū QVantā: quam magnam: & pene incredibilē: cum talem humani generis cōmunitatem teneat persuadereq; audiētibus elaboret: ut naturæ ius seruet: omnisq; pellatur cōtrouersia. CIrceiis: oppido sito in pmontorio latii: quod a circe habuit appellationē. SVum mūicipium: oppidum: quasi iure latii donatū erant siquidem olim municipes: qui in ciuitatem romanam recepti munerum participes fiebant: a quibus capiendis municipes dicti. QVID ille incēdat: respondet cicero: deridetq; stoicam artem: ut ineptam: & foro penitus indecoram. APte: concinne: cōmode. Rotunde: collecte: uenuste: concinne elegāter: idest uolubili oratiōe: atq; modulo quodam currenti: rotunda oratio dicitur collecta: & concinna. EXilia: tenuia: arida: & minime rotunda: sed spinosa potius. VI: potestate: atq; efficatia PER se: per propriam naturam: & suis dotibus. pungunt: tangunt animos audientium acerrimali ratione: & sic concludunt: ut nullos moueant affectus: quapropter idem cicero agens de tali genere orationis: & argumentationis in secūdo de natura deorum inquit. Atq; hæc cum uberius disputātur: & fusius: ut mihi est in aio facere facilius effugiunt academicorū calumniā: cum autem: ut Zeno solebat breuius: angustiusq; concluduntur: tum apertiora sunt ad repræhendendum ACVleis: quibusdam spiculis. ANgustis: breuibus. NIhil cōmutātur animo: ad nullum mouent̄ affectum: quoniam angusta ratio: & oratio nullā ferme uim habēt ad persuadendum: iflāmandūq; auditorem in re ciuili: causisq; rhetoricæ tractādis explicandisq; uirtutibus: nec non tradendis uitæ præceptis: & formulis: hæc siquidem uberem: & fusam requirunt orationem. iidem: idest: nec edocti: nec cōmoti: nec mutati. FORtasse: seruat decorum uiri academici nil affirmantis. VEre: fideliter: & rationabiliter: forsitan inquit ueræ sunt rationes stoicorum: attamen clariores essent: & splendidiores: si fusa oratione explicarentur. Res graues: magnæ: seueræ: illustres: ut sunt uirtutes degenda ætas: capessenda res publica. Magistratus decorum: officia: cæteraq; id genus monita: & instituta uitæ. Non ita. non ea orationis ubertate: & florida dicendi copia. ut auditor doceatur moueatur. & oblectetur. quod est consumati oratoris. & munus. & opus. MINVtius. exilius. spinosius. aridius. SEQVitur disserendi ratio. transit ad aliam philosophiæ partem. quæ logicæ. idest rationalis dicitur. in qua ostendit nihil esse a ueteribus prætermissum. & sic Zenonis uerborum tantum architecti. & logo dedali retundit acumen. COGNItione naturæ. explicatione naturalium rerum. & diuinarum nomine: siquidem naturæ proprietatem. & qualitatem rerum omnium intelligit cicero. nec ad uiuum. hæc resceccat. ut hi. qui physica ponunt. deinde metaphisica. GESTIret. uehementer cuperet. gestuq; quodam letaretur. sibiq; ipse plauderet. quod rem aliquam suo ingenio excogitasset. PREclare. optime. ac uerissime. IN utraque parte. in dialecticis. & physicis. EX eo genere. natura. & qualitate ad ueritatem inueniendā pertinente. nec non cuiusque rei rationem. idest propriam definitionem. & partitionem. ET quemadmodum. idest qua uia. & ratione. ut scilicet genus in suas formas. siue species diuidat̄. Totū in ptes: & uox multa signicans in p̄prias significationes. ut ōis tollat̄ ambiguitas. est & partitio secūdū accidēs. cuius triplex modus. Vnus cū subiectū in accidentia separat̄. ut cum dicimus hominū aliqui sunt albi. aliq nigri: aliqui medii coloris. Alter cū accidens in subiecta diuiditur. Vt oīum. quæ expetunt̄. alia in aio alia in corpore sita sunt. Tertius cū accidens in accidentia secatur. Vt omniū candidorū. alia sunt dura. alia liquentia. DE contrariis. de ui. & natura contrariorū: omnia ɔtraria inquit Aristoteles. uel in eodem genere sunt. ut album. & nigrum. uel in contrariis generibus. ut iustitia. & iniustitia: uel ipsa genera sunt. ut bonū. & malū. q̄ iustitiæ. atq; iniustitiæ genera sunt. A qb9 post q̄ ɔtraria posuerūt naturam generum. & formarum. siue speciefi. ARgumēti rōne cōclusi. i. ipsius argumētatiōis. & demonstratiōis.

Circei unde.

Rōna lis. pħa quæ dicatur.

CAput esse:principium:& quasi fontem:siue locum:unde omnis ratio ducitur ad probandum. EA quæ pspicua sunt:idest propositiones maximas:& uerissimas:quæ ob id dignitates appellantur:a quibus dependet omnis ueritas argumenti ratione conclusi:ut in topicis ostenditur:& ideo caput argumenti esse dicuntur:quoniam hoc in illis latet:& ab illis ducitur. OR dinem:propositionum seriem:idest sumptionem:siue maiorem:ut recẽtiores appellant dialectici. Assumptionem:sine minorem:demum conclusionem. EXtrema:ultima:quæ aperit ueritatẽ omnium:& singulorum:de quibus agitur:& uia:rationeq; disseritur: VAnetas:diuersitas:& figurarum:& modo⁊:ut

caput esse faciunt ea quam perspicua dicunt deinde ordinem sequuntur. Tum quid uerum in singulis extrema conclusio est. Quanta autem ab illis uarietas argumentorum ratione concludentium, eorumq; cum captiosis interrogationibus dissimilitudo? Quid q̧ pluribus locis quasi denuntiant, ut neq; sensuum fidem sine ratione, nec rationis sine sensibus exquiramus, atq; eorum alterum ab altero separemus? Quid ea quæ dialectici nunc tradunt, & docent, non ne ab illis instituta & inuenta sunt? De quibus et si a Chrysippo maxime est elaboratum, tamen a Zenone minus multo q̃ ab antiquis, ab hoc aũt quidem non melius, q̃ ueteres quædã omnino relicta. Cumq; duæ sint artes, quibus perfecte ratio, & oratio compleatur? Vna inueniendi, altera disserendi. Hanc posteriorẽ & stoici, & peripatetici, Priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnĩo ne attigerunt quidem. Nam e quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur uestri ne sulpicati quidem sunt superiores aũt artificio, & uia tradiderunt. Quæ quidẽ res effecit, ne necesse sit iisdem d' rebus semper quasi dictata decantare, neq; a cõmentariolis suis discedere. Nã qui sciet ubi quidq; positum sit, quaque eo ueniat, is ẽt si quid obrutum erit poterit eruere, semperq; eẽ in disputando suus. Quod & si ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequũtur. Ars tñ est dux certior quam natura. Aliud est enim poetarum more uerba fundere, aliud ea quæ dicas ratione, & arte distinguere. Similia dici possunt de explicatione naturæ qua hi utuntur, & uestri. Neque uero ob duas

in prioribus analecticis:& posterioribus ostendit. RAtione:arte:modoq;. CAptiosis:fallacibus:et sophisticis:ut in technis monstrauit Aristotele & qui de fallaciis latine scripserunt. QVAsi denuntiant:apte significant:& ostendunt. Fidem:ueritatem. Sine ratione:iudicio rationis. NEC rationis:scilicet fidem:quoniam humana cognitio a sensu incipit:in lucullo dicit idem cicero. Ad rerum scientiam:uitæ q̧ constantiã aptissima cum sit mens hominis:amplectitur:maxime cognitionem:& compræhensionẽ:cum ipsam per se amet tum etiam ꝓpter usum:quo circa:& sensibus utit & artes efficit:quasi sensus alteros:& usq; philosophiam ipsam corroborat:ut uirtutem efficiat. SEparemus:quoniam rationis fides est firmior:& uerior:q̃uis a sensu originẽ habeat:adde q̧ corroborata mente:ac ratione paruus usus est sensuu⁊. INstituta:inchoata:& ordiata. Ab hoc:chrysippo. DVE artes:dialectica:& localis scia:quæ topice a græcis dr̃. idem cicero in suis topicis dicit:cumq; omnis ratio diligens disserẽdi duas habeat partes:unam inueniendi:alteram iudicandi. Vtriusq; princeps:ut mihi quidem uidet̃:Aristoteles fuit:stoici autem in altera elaborauerunt:iudicandi enim uias diligenter psecuti sunt eam scientiam:q̃ dialecticem appellant:inueniendi uero arte⁊:quæ topice dr̃ quæ ad usum potior erat:& ordine naturæ certe prior totã reliquerũt:ut igit ea⁊ re⁊:q̃ absconditæ sunt:demõstrato:& notato loco:facilis iuentio est:sicceũ peruestigare argumentum aliquod uolumus:locos nosse debemus sic.n.ab Aristotele appellatæ sunt hæ q̃si sedes:e qbus argumenta ꝓmuntur. Ita q̧ licet definire locum esse argumẽti sedem. Argumentũ autẽ rationem:quæ rei dubiæ faciat fidẽ. DISserendi:iudicandi:quoniã a diligenti ratione disserendi nõ potest abesse iudicium:neq; enim potest quisquã inquit boetius diligenter disserere:nisi iudicauerit:quale sit id quod i disputationem sumit̃ quod si ad disserendi ordinem diligentia rõnis adhibet̃:

non est dubium:quin hoc iudicium ad inuentionum uarietatem sit accõmodatum. PRIOrem:idest artem inueniẽdi. Locis sedibus:idest maximis propositionibus:& dignitatibus:supremas:ac maximas propositiones uocamus inquit boetius:quæ & uniuersales sunt:& ita notæ:atq; manifestæ:ut probatione non egeant:eaq; potius:quæ in dubitatione sint probent:has propositiones in topicis ab Aristotele conscriptis:locos appellatos esse perspeximus. QVAsi thesauris:repositoriis quibusdam pecuniarum. DE promerentur:educerentur. Ne suspicati:idest ne minimam quidem cognitionem habuerunt:& opinionẽm. ARtificio:& uia:ratione:modo:regula. DIctata:præcepta. DECAntare:frequenter:ac modulata uoce repetere:quod discipulorum est. A COMmentariolis:idest libellis qb⁹ docto⁊ præcepta continentur:& dictata. VBI positũ sit:in qua ꝓpositiõe maxima collocet̃ eaq; cõtineat̃. QVaq; & quomodo:qua ue ratione:ac uia. Eo:ad id:quod positum alicubi sit. VEniat:accedat. obrutum:tectum:& absconditum. ERuere:refodere:aperire:patefacere. SVVS per se inueniens argumenta:cum topicas:idest locales habeat formulas:& rationes inueniendi. QVOD & si:respondet tacite obiectioni:& artem adiuuare naturam asseuerat illa que concinnare:dirigere:confirmareque ostendit. Ars ait boetius:materia suscepta a natura rationes ipsa uiamque confirmat:ut cum facilius id:quod ars quequæ promittat:tum elegantius fiat:uelut parietem struere naturalis ingenii est sed arte fit melius est certe topices intentio:argumentorum facilis inuentio. Non igitur inuenire docet topice:sed facilius inuenire. MAGNIS:acutis:& perspicacibus:facilibusque ad inueniendum. SINE RATIONE:arte:uia:normula. CERTIOR:uerior:& constantior. QVAM NATVRA:naturalis facilitas:& ingenii bonitas. Natura fieret inquit Horatius:laudabile carmen an arte. Quesitum est ego nec studium sine diuite uena. Nec rude quid possit uideo ingenium. Alterius sic:Altera poscit opem res & coniurat amice. MORE POETARVM:poetica quadam licentia. FVNDERE:emittere:spagere citra distinctionem aliquam:& confuse loqui. RATIONE:uia:& suis formulis. ARTE:studio. & cura. DISTINGVERE:ordinare:disponere:collocare ex arte. EXPLICATIONE:iterpretatiõe. NAturæ:qualitatis & proprietatis rei cuiusquæ:ut etiam diuini numinis natura comprehendatur. HI:academici ueteres. VEstri stoici

Humana cognitio incipit a sensu.

Natura adiuuat ab arte.

modo causas (quod epicuro uidetur) ut pellatur mortis, & religionis metus, sed etiam modestiam quandā cognitio rerum cælestium affert iis qui uideant quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo, & magnitudinem animi, decorum, opera, & facta cernentibus, iustitiam etiam cum cognitiū habeas quod sit summi rectoris, & domini numen, quod consiliū, quæ uoluntas, cuius ad naturam apta ratio, uera illa, & summa lex a Philosophis dicitur. Inest in eadem explicatione naturæ insatiabilis quædam in cognoscendis rebus uoluptas. In qua una confectis rebus necessariis uacui negociis honeste, ac liberaliter possumus uiuere. Ergo in hac ratione tota de maximis fere rebus stoici illos secuti sunt, ut & deos esse, & quattuor ex rebus omnia constare dicerent. Quum autem quæreretur res admodum difficilis, num quinta quædam natur uideretur esse ex qua ratio, & intelligentia oriretur in quo etiam de animis cuius generis essent quæreretur. Zeno id dixit esse ignē, nonnulla deinde aliter sed pauca. De maxĩa autem re eodem modo diuina mēte, atq; natura mundum uniuersum, atque eius maximas partes administrari. Materiam uero rerum, et apud eos copiā exilem apud illos uberrimā repiemꝰ. Quā multa ab his conquisita, & collecta sunt de omnium animantium genere, ortu, membris, ætatibus, quam multa de rebus his quæ gignuntur e terra, quam multa de rebus uariis, & causæ cur quidq; fiat. & demonstrationes quē admodum quæq; fiant, qua ex omni copia plurima & necessaria argumenta summuntur ad cuiusque rei naturam explicandam. Ergo adhuc quantum equidem intelligo causa non uidetur fuisse mutandi nominis, non enim si omnia nō sequebatur, iccirco non erat ortus illinc. Equidem etiam epicurum in physicis democritum puto, pauca mutat, uel plura sane. At cū e plurimis eadem dicit tum certe e maximis. Quod item cum uestri faciant, non satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam. Sed hæc hactenus. Nunc uideamꝰ quæso de summo bono, quod continet philosophiam, quid tandem attulerit, quamobrē ab inuentoribus tanquam a parentibus dissentiret. Hoc igitur loco quamquam a te Cato diligenter est explicatum, finis hic bonoꝝ qui continet philosophiā, & qs a stoicis

modo tantū: ut oscitantes epicurei hallucinati sunt: ut liberaremur metu mortis ex declaratione qualitatis animæ de qua male senserunt: & religionis ex interpretatione numinis: quod humana non curare euomuerunt: ut alibi dictum est. MOdestiam: ordinem uitæ: atq; temperantiam: quoniam ratus ordo rerum cælestium concinnat eorum mores: qui talia contemplantur: & admirantur. MOderatio: mensura motus: & æquabilis tenor. ORdo: apta cōpositio: collocatio: & distinctio suis locis citra confusionem. MAgnitudinē: eam uirtutem: quæ circa magna uersatur ad diuinorum operum imitationē: quæ fortitudo dicitur: & magnificentia. IVstitiam: bonitatem sumptam a lege naturæ: in qua id ius consistit: quod primum: & summum non immerito appellauit. Aristoteles in quinto moralium: ab hoc siquidem emanant hi riuuli: qui ciuilia rigant: & nutriunt instituta. Quod numen: potestas: ratioq;. Consilium: prudentia. VOluntas: snia: rectitudo: bonitas: benignitas: iccirco iouē appellant maiores nostri optimum: idest beneficentissimū: sed de his latius in secundo de natura deorū. CVIus: numinis. AD naturam: ad qualitatem: & proprietatē benignissimæ mētis. APta: cōueniens: & decens. RAtio modus: uia: sanctio: moderatio: gubernatioque. VEra: certa: idubitata. SVMma: maxima: & q̄si formula humanarum legum: atq; exemplar æternum: in primo de legibus ait idem cicero: lex est ratio summa insita in natura: quæ iubet ea: quæ facienda sunt: ꝓhibetq; contraria: eadem ratio cū est in hois mente cōfirmata: & confecta lex: est de hac ratione: siue lege dicetur diffusius in explanatione legum: quas ad platonis imitationem lr̄is cōmendauit cicero. VOluptas: oblectatio. VNA sola. CONFEctis: expeditis: absolutis: & terminatis negociis degēdæ uitæ necessariis. HOneste laudabiliter. LIberaliter: ingenue: cum talis cognitio liberali disciplina contineatur: & hominē ingenuū deceat in primis uēatio naturæ: atq; interpretatio. IN hac rōe: doctria: & cognitiōe. Quatuor rebus principiis: siue elementis. QVinta natura: q̄ posuit Aristoteles: ut idē cicero testat̄ in primo libro tusculanaꝝ questionū: & in primo academico. RAtio: mens ipsa. CVius generis naturæ: conditionis: & qualitatis. Ignem: calidam naturā cientē in ipso corpore motū. Zeno citieus ait laertius: & Antipater in libris de aia: & posidonius aimam spiritū calidū dicūt: hoc .n. spirare nos ab ipso atq; moueri. A diuina mente: ꝓuidētia. Atq; natura: rōne apta diuinæ naturæ. Maximas ptes principaliores: ita siqdem dicebant stoici. Magna dii curāt: parua uero: & exigua: ut eorū maiestate indigna negligunt: ne in regnis quidē dicebant. Reges oia minima curant: sed de his in tertio de natura deorū dictum est. AD ministrari: regi gubernariq;. Materiā reꝝ exilē: subiectū aliquod tenue: qm nō multa tractarunt stoici: plurima: uel oia potius naturæ mēbra explicarunt academici ueteres: & ꝑipatetici. EOS: stoicos. VBErrimam copiosissimā. Aristoteles scripsit de aīalibus theophrastus de plantis. ET causæ: rationes. Demōstrationes: ꝓbatiōes. Argumēta ꝓbationes. EXplicādā: declarandā cuiusq; rei ꝓprietatē. Mutandi nois: noua noia fingendi: & iponendi hisdem rebus: atq; sententiis. Ab illis peripateticis: & academicis a quibus pendet fere totus. Puto epicurū idem sentire quod democritꝰ: et esse democriti sectatorē: q̄uis dissentiat ab eo in qbusdā. E plurimis .i. ad meliorē partē: & ut plurimū. De maximis: rebus grauioribus: & maximam uim in philosophia habentibus. Idem: idest eadem in plurimis: & maximis dicere. Magnam gratiam: beniuolentiam: & gratitudinem: quoniam mutant sibi nomina: & ab inuentoribus desciscunt: & doctoribus: quod sapit ingratitudinem. hactenus: tantum dicta sint: & hucusque. QVOD continet philosophiam: compræhendit: & fundat: quoniam e ratione: & qualitate constituti finis: uia: modus: & natura eorum: quæ ad finem ducunt: originem habent: quapropter ipse finis: quia mouet agentem: & prima causa est ipsarum actionum: dicitur philosophiæ fundamētum. APARENTIBVS: a progenitoribus doctrinæ: quibus plurimum debemus. LOco: parte ad finem ipsum pertinere. DIligenter: accurate. ET QVIS: qualis cuiusq; naturæ.

Iuppiter cur optimus dicatur.

Finis mouet agentem.

QVEMADmodum

& quemadmodū diceret, tamen ego quoq; exponā, ut perspiciamus si potuerimus, qd nam a zenone noui sit allatum. Quum enim supiores, e qbus planissime polemo secundū naturā uiuere summū bonū esse dixisset his uerbis tria significari stoici dicunt. Vnum eiusmodi uiuere adhibentē scientiā earꝫ reꝝ, quæ natura euenirēt Hunc ipsum zenonis aiunt finem esse declarantē illud quod a te dictum est cōuenienter naturæ uiuere. Alteꝝ significare idē ut diceret officia oīa media, aut pleraq; seruantē uiuere. Hoc sic expositū dissimile est supiori. Illud enim rectum quod catorthoma dicebas cōtingit sapienti soli. Hoc autē inchoati cuiusdam officii est nō perfecti, quod cadere in nōnullos insipientes potest. Tertium autē oibus aut maximis rebus his, quæ secundum naturā sint fruentē uiuere. Hoc nō est positum in nostra actiōe. Completur.n. & ex eo genere uitæ, quod uirtute finit, ex his rebus quæ secundū naturā sunt, nec sunt in nostra potestate. Sed hoc summū bonū, quod certa significatione intelligit, eaq; uita, quæ ex summo bono degit, qa cōiuncta ei uirtus est in sapientē solum cadit. Isq; finis bonoꝝ ut ab ipsis stoicis scriptū uidem⁹ a Xenocrate, atq; ab Aristotele cōstitutus est. Itaq; ab iis constitutio illa prima naturæ, a qua tu quoq; ordiebare his prope uerbis exponit. Omnis natura uult esse conseruatrix sui, ut & salua sit & in genere suo cōseruetur. Ad hāc rem aiūt artes quoq; exqsitas, quæ naturā adiuuarent. In qbus ea numeret in primis, quæ est uiuendi ars, ut tueat quod a natura datū sit, quod desit acqrat. Iidemq; diuiserunt naturā hois in animam & corpus, quumq; eoꝝ unū quodq; p se expetendū esse dixissent uirtutes quoq; utriusq; eoꝝ p se expetēdas esse dicebat cum animū quadā infinita laude anteponerēt corpori, uirtutes quoq; animi bonis corporis anteponebāt. Sed quū sapientiā totius hois custodem etiā pcuratricē esse uellent, quæ esset naturæ comes, & adiutrix, hoc sapiētiæ munus esse dicebant, ut eum tueretur qui cōstaret ex animo, & corpore, in utroq; iuuaret eum, atq; cōtineret. Atq; ita re primo simpliciter collocata, reliqua subtilius psequentes, corporis bona facilem quandam rationē habere censebāt. De animi bōis accuratius exqrebant. In primisq; repiebant in his esse iustitiæ semina primiq; ex oibus philosophis a natura tributū esse docuerunt, ut hi qui procreati essent, a pcreatoribus amarentur, & id qd temporū ordine antiquius est, ut cōiugia uiroꝝ, & uxoꝝ natura coniuncta esse dicerent, qua

QVEMADmodum: quo sensu: & intelligentia: idest quomodo: qua ue ratione: atq; fundamento ipsius naturæ in cuius summa: & quasi fastigio summum bonum locabant stoici. SVPERiores: ueteres philosophi: & sectarii. E Quibus: e quorum numero. PLAnissime: apertissime: clarissimeq; citra ambiguitatem aliquam. SECundum naturam: conuenienter uniuersæ naturæ ipsius hominis: & cuiusq; ut decorū a singulis custodiri possit. TRia significari: triplicē habere sententiam. VNVm eiusmodi: tale. SCientiam: cognitionem: atq; delectum. EVEnirent: acciderent. NATura: secundū naturæ ordinē: atq; præscriptū: hoc añt dicebat zeno esse bonū: idest uirtutē: et quicqd ab ipsa pficiscitur: idest pfectum officium: quod qm a cōsumata ratione oritur: maxime uidet esse e natura. ALTeꝝ significare idem: habere hanc sententiā. OFFIcia media: actiōes nec uirtuti adscribēdas: nec uitio: cū in his uersent: quæ media dicuntur a stoicis. AVT pleraq;: maiorē partem SIC expositum: hoc mō intellectū & declaratū nō est idem quod primum: in quo perfectum officium intelligitur: & ipsum honestum. RECtum habens rectitudinē in se: idest uirtutem. SAPienti: perfecto uiro. INCHOati: imperfecti: nec habentis requisitos numeros & necessarios. INSIpientes: imperfectos homines: & tantum a natura inchoatos: uerum ab ipsa sapientia nōdum absolutos: OMNIbus rebus: cumulo earum rerum quas pro suo statu: atq; cultu natura requirit: & tria bōa intelligunt: fortunæ: corporis: & animi & hic finis est ueteꝝ academicoꝝ: & pipateticoꝝ IN Nostra actiōe: in potestate: arbitrioq; hois ad actiones nati: et cognitiones oium: quæ cælo continent. COmpletur: cōponitur. cumulat. QVod finiunt uirtute: qd ipsa uirtus terminat & metit. EX HIs rebus.i. dotibus corporis: & bōis externis arbitrio fortūæ subiectis: & temeritati. HOc: de quo nunc agitur. CERTa: firma: indubitata non ambigua ut ea: quæ dicta sunt. EA VITa: modus uiuendi: & actiones ad cōstitutum finem tendentes. EX sūmo bono: ratione: & qualitate ultimi finis: a quo æstimat officioꝝ oium uis: & indicat pprietas. iccirco q male constituit finē: cōfundit uitā omnē: atq; deprauat. DEgitur: uiuit. SAPientem: pfectum hoiem q scit: eligit: & pseuerat. COnstitutio: ordinatio naturæ ↄsentanea & finis iuestigatio e pricipiis naturæ: idest dotib⁹ corporis: & animi. ORDIebare: sumebas initiū. HIS ppe: quasi talib⁹: & similib⁹. IN suo genere i pprietate ac statu: siue forte ppriæ natur. EXqsitas excogitatas ad auxiliū naturæ: atq; ornatū VIVendi ars: ipsa prudētia: & modus uiuendi cū decoro. DAtum a natura: pmigenia. ACquirat paret quecūq; necessaria sūt ciuilibus institutis: & rōnibus uitæ. PEr se: ppriā naturā: & qualitatē. VIRtutes: pfectiones partiū corporis: & animi. INFinita: imensa cōmendatione: ac dotibus. SApientiā: humanaꝝ & diuinaꝝ reꝝ scientiā. PROcuratricē: gubernatricē: & moderatricē. TVEre naturæ: naturalis institutionis: diuini ꝑ ordinis: natura siqdem deus est: aut diuinū instrumentū. TVeretur: cōseruaret: augeretq;. COntineret: cōfirmaret. SIMpliciter: cōmuniter: pure: breuiter: citra subtilitatē pbatiōis: & disceptatiōis. COLLocata: cōstituta. SVBtilius: acutius: & pressius RAtionem: naturā: & cognitionē: qm sūt obuia cuicunq; cōsiderationi: ut est uigor corporis: integritas sensuū: & cætera id genus cōmoda: qbus censetur ipsum corpus. ACcuratius: diligentius: & acrius. SEmina: principia qdam: & quasi igniculos a natura datos: qbus idustria excitatis: atq; accensis quasi carmen uirtutis efficit. NAtura: naturali iussu & instituto inditū. TEMporꝫ: ordine qm prima societas est in ipso cōnubio: homo inqt Aristoteles in.viii. moraliū ad coitū est aptior q̄ ciuilitati qa pcreatio cōis est oibus aialib⁹: & in pmo politicoꝝ dicit: pmi hi iūgunt: q nō pñt eē nisi simul: ut mas & femina pcreādi causa: & hoc nō ex electione: sed uelut in cæteris aialibus et plantis naturale est desiderium tale alteꝝ relinquendi.

Tria bona sunt.

Natura qd sit.

ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum. Atq; ab his initiis profecti omnium uirtutum, & originem & progressionem persecuti sunt, ex quo magnitudo quoq; animi existebat, qua facile posset repugnari obsistiq; fortunæ, quod maximæ res essent in potestate sapientis. Varietates animi iniuriasq; fortunæ facile ueterũ philosophorum præceptis instituta uita supabat. Principiis autem a natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur, quædam profectæ a contemplatione rerum occultiorum, quod erat insitus menti cognitionis amor, ex quo etiam rationis explicandæ disserendiq; cupiditas cõsequebatur, quodq; hoc solum animal natum est pudoris, ac uerecundiæ particeps, appetensq; coniunctionem hominum, ac societatem animaduertensq; in omnibus rebus, quas ageret, aut diceret ne quid ab eo fieret, nisi hõestate & decore, his initiis (ut ante dixi) tanq̃ seminibus a natura datis temperantia, modestia, iustitia et omnis honestas perfecte absoluta est. Habes inquam Cato formam illorum eorum, de quibus loquor philosophorum, qua exposita scire cupio, quæ causa sit cur zeno ab hac antiqua institutione desciuerit? Quidnam horum horum non sit prolatum? Quod ne omnem naturam conseruatricem sui dixerit? An quod omne animal ipsum sibi cõmendatum ut se & saluum in suo genere incolumemq; uellet? An quum omniũ artium finis is esset, qd natura maxime quæreret, idem statui debere de totius arte uitæ? An quod quum anio constaremus & corpore hæc ipsa & eorum uirtutes per se esse sumendas? An uero displicuit ea quæ tributa est animi uirtutibus tãta præstãtia? an quæ de prudẽtia? de cognitiõe rerum? de cõiunctione generis humani? quæq; ab eisdẽ de tẽperãtia, de modestia, de magnitudĩe animi, de omni honestate dicunt. Fatebunt stoici hæc oia dicta esse

Cognati: & affines qui.

EX STirpe: origine: & quasi radice. COGnationum: propinquitatum: & eorum: qui ex hisdem parentibus orti essent: cognati ut habetur. xxxviii. digestorum ab eo dicti putantur: quod quasi una communiter ue nati: uel ab eodem orti progeniti ue. Affines sunt uiri & uxoris cognati dicti ab eo quod duæ cognationes: quæ diuersæ inter se sunt per nuptias copulantur: & altera ad alterius cognationis finem accedit. AB HIS initiis: naturalibus principiis. PROfecti: orti: & incipientes. ORIginem: naturalem ortum. PROgressionem: augumentum. PER Secuti sunt: narrauerunt: & exposuerunt. EX Quo: qua re: idest naturali cõiunctione: & studio tuendi se ac suos nascitur animi robur: & fortitudo: u[illegible]a parentur: quæ necessaria sunt: pellanturq; contraria. Quæ cura in quit idem in officiis excitat animos: & maiores ad rem gerendã facit. EXistebat: emergebat: oriebatur: quæ seuienti fortunæ responsaret: atq; obsisteret. QVod: quoniam. MAximæ res: idest in quibus esset momentum: uel maximũ ad bene uiuendum & beate: hæ autem sunt uirtutes animorum: & dotes: ad quas labefactandas exiles: uel nullas potius habet fortuna uires. VARietates: mutationes. INIurias. nocumẽta: & damna. INStituta: instructa: & edocta: quoniam nõ pendet a bonis externis: sed necessitatib[us] naturæ satisfacere contenta est: uera & summa bona semper amplexa: ut misera esse nõ possit: etiam cum infortuniis urgeri uideatur: et premi. SVperabat: uincebat: domabat: contemnebat. AMplitudines bonorum: idest maxima bona ipsius mentis & rationis: quæ ueritatem in omnibus rebus uenatur: et sic prudentiam recipit: & scientiam: nec nõ decorum uestigat ipsarum actionum: & ordinẽ rerum: modumq;: unde temperantiam consequitur: et pudorem. QVædam. amplitudines. PRofectæ: ortæ. COntemplatione: perscrutatiõe: & interpretatione rerum. OCcultiorum: idest abditarum: & sensuum notitiæ nõ patentium: ac per hoc magnarum & difficiliũ. INSitus: innatus. EX quo. tali amore cognitiõis insito. Explicandæ: exponendæ: & concludendæ per formulas argumentationis: quas disserendi scientia cõstituit. DISSerendi. uia modo: & artificio disputandi. CONsequebatur: succedebat: & inde oriebatur: ut scientiæ necessaria in primis. PVDoris: pudicæ conuersationis citra offensionem eorum: cum qbus uersatur: seruans in dictis & factis id: qd decet. VErecundiæ: modestiæ iustam uituperationem cauentis: & declinantis. CONiunctionem: conuictum: & consuetudinem: cum sit natura congregatus: atq; ciuilis SOCietatem: cõmunicationem uitæ: atq; officiorum: & beneficiorum: quibus humana cõstat: & fulcitur uita. ANImaduertens: considerans: cum sit prudentiæ particeps. HONeste: laudabiliter. DECore: apte: conuenienterq;. INItiis: naturalibus principiis. OMNIs honestas: decus ipsum in omni genere uitæ. idest in toga: & armis. FORMAM: figuram & imaginem ueteris disciplinæ. EXPOSITa: explanata: & patefacta. INSTITVtione: ordinatione: formula: decreto. DESCIuerit: defecerit: sequi alienum fecerit: recesserit. HORVM. ueterum philosophorum. AB EO. zenone: qui totus est a ueteribus: & quæcunque dixit illorum inuenta sunt. NE. an quia dixit omnia in suo statu cõseruari cupere: hæc illorum sententia est. COMmendatum: conciliatum: & subornatum: ut se tueatur. IN SVO genere: sorte: statu: qualitate. IS FInis tale propositum: & intentio: ut naturæ congrueret: quoniam omnis ars est imitatio quædam naturalis decreti: & eam pro uiribus adsequi nititur. STATui decerni & iudicari. DE ARTE Totius uitæ: de summo bono: & uita: quæ in primis naturæ congrueret: ars uitæ prudentia est: quæ uerum dispicit: & finem consentaneum excellentiæ rationis humanæ statuere debet. CONSTaremus: compositi essemus: & coagmentati. HEC ipsa: corpus. & animum: nec non utriusque. VIRTVTES: dotes: perfectiones: absolutiones. PRESTANTIa: excellentia: ut per se felicitatem præstent habentibus: & illis utentibus. PRVDENTIa. recta ratione agendi circa humana bona. DE COGNITIone: de scientia rerum abditarum: atq; sublimium: ut naturalium: & diuinarum. CONIVNCTIone: naturali consociatione: & communitate. TEMperantia: moderatione uictus: ueneris cultus. MODEstia: mensura: ordine: ac decoro in omni re seruando. DE MAGNITudine animi: fortitudine: quæ magna tractat: ardua: magnifica: & honestissima domi forisq;. HONESTATE: uirtute: quæ multiplex & in commerciis censetur in primis: atque ciuilitate: qualis est iustitia uniuersa. & illa: quæ pars dicitur: quæ recte tribuit: recteque accipit: & benignitas beneficentia dicitur: & liberalitas: nec non mansuetudo: clementia: & urbanitas uitæ ciuilis condimentum.

PRECLare

PRECLARE:egregie:sufficienter:& erudite. NEq; eam causam fatebuntur scilicet stoici:non fuisse talem causaz desciscendi:quod ialia non essent a ueterib? praeclare dicta:& constituta:iccirco aliam afferent nouandi rationem. ALIA quædam:alias causas & rationes:quas cicero ponit:deinde refellit. PECcata:errata & hallucinationes priscorum philosophorum. ILLE: zeno. INuestigandi:indagandi:& uenandi commentationibus: & perscrutationibus:quoniam ueritas cuicunquæ uiro præponenda est. FERre:tolerare propter amorem:quo uerum ipsum prosequebatur:quapropter aristoteles ueritatem:doctori suo platoni præposuit: & ipse plato poetæ homero:queze sua re.pu.pro ueritatis patrocinio eiecit. QVid eniz hæc sunt rationes stoicorum contra ueteres philosophos:quorū peccata corrigere uoluit zeno stoicorum sectarius. PERuersius:obliquius:& a recto iudicio alienius. INtolerabillius:importunius:& minus ferendum castigatis auribus:& absolutæ rationi. STultius:obtusius: & imprudētius. BOnam ualitudinem:totius corporis integritatem:& sanitatem. VAcuitatem:ipsam indolentiam. INtegritatem:bonam habitudinem:ac dispositionem nobilissimi sensus:& cuius maxima sunt beneficia:& aliorum:quorum usus necessarius est uitæ. POnere in bonis:referre in numerum bonorum:& bona appellare cum commoda quædam dicenda sint: boni ꝑ nomen solis uirtutibus debeatur ex stoicorum sententia. INTer eas res:idest ualitudinem bonam : indolentiam: & integritatem sensuum. CONtrarias:illis opposita:idest malam ualitudinem:dolorem : corruptionemq; sensuum. NIHil interesse:nullum esse discrimen:sed appellari indifferentes. ILLI:ueteres academici. EXcellerent:eminerent: præstātiora essent. STVLte:imperite:imprudenter:sine ingenio:iudicio ꝑ. PER SE:per propriam suam naturam:& dotem. EXPEtenda:optanda tanq̄ bona. ET sumenda:digna:ut assumantur:& eligantur:non ut bona:sed ut præposita quædam & æstimabilia:cum rationi deseruiant:& fulciāt naturam propriis bonis : & honestis actionibus inhiantem : atq; intentam. EAdemq;:similia:ac si diceret similiter & pari ratione commoda corporis & fortunæ non facere optabiliorem eam uitam:quæ degatur e uirtute. IN omni uita:omni ratione uiuendi:& modo. IN una sola:nullis adiunctis æstimationibus fortuitis : & corporeis. SECundum naturam:idest naturæ usibus conuenientes : & ipsius quasi dotes. EXpetendam: optandam ueluti meliorem. SED magis sumendam:seligendam : & æstimandam. CVm ꝑ ipsa uirt?:hoc erat aliud:quod zenoni uidebatur absurdum:beatissimam scilicet uitam:quaz uirtus efficit:aliquid aliud desiderare. ITA:sic copiose:ac sufficienter. SApientibus:uiris consumatæ uirtutis. ID agere:id curare. Morbos:ægrotationes. DEBIlitates:langores:& imbecillitates corporis:& membrorum. O MAgnam:ironice loquitur cicero in zenonem:cuius retundit acumen:atq; deridet. VIM:potentiam:robur:efficaciam:& in nouis inuentionibus acumē. EXIsteret:oriretur:appareret. DIsciplina:institutio uitæ:secta:siue ductus:& stoica doctrina. PERge:sequere ait cicero:& est loco hortantis aduerbii:ac si diceret: euge:age. PORRO:deinceps:pergere porro idem est quod ulterius progredi:sequentur inquit tua paradoxa:quæ mihi refellenda sunt. Scientissime:elegantissime supra dixit:apte:& rotunde. INsipientiam:stultitiam:& ignorantiam esse parem:ut supra cato asseuerauit:ut stoicus. SImilia: eiusdem non solum qualitatis:sed etiam quantitatis:unde illud:parua est ut magna culpa. PARIA:æqualia:cuz nullus ponatur in his gradus:ut etiā in uirtutibus. NAtura:naturali docilitate:ac facilitate. DOctrina:præceptis & institutionibus adiuti. LONge:multum:idest quorum progressio magna esset ad uirtutem frequentatione mediorum officiorum:licet non plane habitum uirtutis:eiusq; perfectum usum comparauerint : fixerintq;. PLANE: omnino:& perfecte. SVMME:ualde. MISEROS:idest infelicissimos:ac si nullum haberent ad uirtutem progressum. IMPROBISSIMORVM:uitiosissimorum. TANTVS:tanta excellentia honestatus. SAPIENS: undiq; perfectus:ut uolunt stoici. MELIVS:honestius:& studiosius. BEATIVS:felicius. VIDELICET:certe inquit cicero: hæc nō potest appellari emendatio:cum in nulla parte ciuilis uitæ habeat locum:& ab usu communis atq; sensu in primis abhorreat:quod exemplis ostenditur. CORRECTIO:castigatio. EMENDATIO:expurgatio. IN VRBEM:ciuilem usum:& usitatum loquendi modum:ciuilesq; uerborum notiones:quibus communiter imbuti sunt ciues:qui noua uerba non intelligunt:quibus stoici utuntur. IN FORVM:iudicia:& forenses causas. IN CVRIAM:senatum: & suasorias conciones: quoniam paradoxa stoicorum non habent in his locum.

præclare? neq; eam causam Zenoni desciscendi fuisse? alia quædam dicēt, credo magna antiquorum esse peccata, quæ ille ueri inuestigandi cupidus nullo modo ferre potuerit. Quid enim peruersius? q̄d intollerabilius? quid stultius? q̄ bonam ualitudinem? q̄ dolorum omnium uacuitatem, q̄ integritatem oculorum, reliquorumq; sensuum ponere in bonis, potius q̄ dicerent, nihil omnino inter eas res hisq; contrarias interesse? Ea omnia quæ illi bona dicerent, præposita esse non bona. Itemq; illa quæ in corpore excellerent, stulte antiquos dixisse per se esse expetenda, & sumenda potius q̄ expetenda. Eademq; omni uita quæ in uirtute consisteret, Illam uitam quæ etiam cæteris rebus quæ essent secundum naturam abundaret, magis expetendam non esse sed magis sumendam. Cumq; ipsa uirtus efficiat ita beatam uitam ut beatior esse nō possit, tamen quædam deesse sapientibus tum quum sint beatissimi. Itaq; eos id agere ut a se dolores, morbos, debilitatesq; repellant. O magnam uim ingenii, causamq; iustam, cur noua existeret disciplina. Perge porro sequentur enim quæ tu scientissime complexus es, omnem insipientiam & iniustitiam alia uitia similia esse, omniaq; peccata esse paria, eosq; qui natura doctrinaq; longe ad uirtutem processissent, nisi eā plane consecuti essent, summe esse miseros, neq; inter eorum uitam, ac improbissimorum quidq̄ omnino interesse, ut Plato tantus ille uir si sapiens non fuerit, nihilo melius q̄ quiuis improbissimus, nec beatius uixerit. Hæc uidelicet est correctio philosophiæ ueteris & emendatio, quæ omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam.

Boni nomē quib? debet.

Pergere porro qd

Quis enim ferre posset ita loquentem eum, qui se autorem uitæ grauiter & sapienter agendæ ꝓfiteretur nomina rerum commutantem? Quumq; idem sentiret quod omnes quibus rebus eandem uim tribueret alia nomina imponentem, uerba modo mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? Patronus ue causæ in epilogo pro reo dicens negaret esse malum exilii, publicationem bonorum, hec reiicienda esse non fugienda, nec misericordem iudicem esse oportere. In concione autem si loqueretur, si Annibal ad portas uenisset murumq; iaculo traiecisset, negaret esse in malis capi, ueni re, interfici, patriam amittere. An senatus quum triumphum Aphricano decerneret, quid de eius uirtute, aut felicitate posset dicere, si neq; uirtus in nullo nisi in sapiente, nec felicitas uere dici potest? Quæ est igitur ista philosophia, quæ cōmuni more in foro loqtur in libello suo præsertim quum quod illi uerbis suis significent in eo nihil mouet, de ipsis rebus nihil mutetur, eædem res maneant alio modo? Quid enim interest diuitias, opes, ualitudinem bona dicas, an ne præposita? Quum ille qui ista bona dicet, nihilo plus his tribuat, q̃ tu qui eadem illa præposita nomīas? Itaq; homo in primis ingenuus & grauis dignus illa familiaritate scipionis, & Lælii Panetius, quum ad. Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, quod esse caput debebat (si probari posset) nunq̃ posuit, nō esse malum dolorem, sed quid esset, & quale, quantumq; in eo esset alieni, deinde quæ ratio esset perferendi. Cuius quidem quoniam stoicus fuit sententia cōdemnata mihi uidetur esse immanitas ista uerborum. Sed ut propius ad ea cato accedam, quæ a te dicta sunt pressius agamus eaq;, quæ modo dixisti cum his conferamus, quæ tuis antepono. Quæ sunt igitur communia uobis cum antiquis, his sic utamur quasi concessis, quæ in controuersia ueniunt, de his si placet disseramus. Mihi uero inquit placet agi subtilius, & ut ipse dixisti pressius. Quæ enim adhuc ꝓtulisti

QVIS enim. ponit de urbe exemplum. FERRe. tollerare: ac æquo animo audire illum: qui artem uitæ promitteret: sed nouis uerbis uteretur: alienasq; diceret sententias: uellet tamen uideri suus nouitate uerborum. AVctorem magistrum: & ducem. GRauiter: seuere: honeste. SApienter: prudenter: & ut ita dixerim. rationabiliter. PROfiteretur: promitteret. affirmaret. NOMina. notas: & anticipatas longo usu appellationes. IDEm sentiret: eandem haberet opinionem: atq; sententiam. VIM. significationem: efficaciam. MODo: tantum. OPinionibus rebus ipsis: & sententiis. DETrahentem: auferentem: & mutantem. PATronus causæ: ponit exemplu3 in causis fori: atq; iudiciorum, in quibus non posset stoicus causidicus mouere affectus: cum neget malum id esse: quod turpitudine uacet: & misericordia3 esse affectum uituperatione dignum: & spoliari diuitiis non esse malum. PAtronus defensor. CAusæ criminalis negocii: atq; reatus. IN Epilogo: peroratione: qua iudicum animi ad misericordiam commouentur. REO: accusato. & crimini obnoxio: de quo disceptatur coram iudicibus. EXILium priuationem patriæ. ESSe malu3: de numero malorum: quia non habet adnexum uitium talis cō mutatio loci. PVblicationem: amissionem: quando scilicet damnati fortunæ applicantur fisco: publicare bona ciuium est illa in publicum e priuata possessione redigere. REiicienda. declinanda esse ut quædam incōmoda. NON fugienda: tanq̃ mala: cum nil sit malum: quod uacet uitio. MISericordem. clementem: et facilem date alienis calamitatibus lachrimas. Misericordiā dicunt stoici esse ægritudinem ex miseria alterius. IN Contione. cetu populi: & corona. TRaiecisset. transmisisset: Venit siquidem hannibal ad collinam portam: & intra muros urbis hastam immisit. IN Malis. in numero malorum fieri captiuum. VEnire: uendi uoce præconis: et sub hasta. SENatus: ordo patrum. DECerneret. consultando deliberaret. IN Sapiente: cōsumato uiro. ut uolunt stoici. QVæ est. quasi dicat ambigua. præstigiatrix. & inutilis. Communi more. uulgari consuetudine. usitato q; ritu. IN Foro. publico iudicio reru. quæ non mutantur. sed uerba tantum. IN Libello: in scriptura: & ipsis appellationibus. SVO. proprio: & non communi. ILLi: ueteres academici: & peripatetici. SVis. propriis. DE rebus sententiis. ALio modo: diuersis appellationibus. NiHilo plus tribuat: non pluris æstimet. aut indicet. INGenuus generosus. GRauis. seuerus. & ab omni leuitate alienus. FAMiliaritate. amicitia: consuetudine. AD. Q. Tuberonem: qui stoica3 philosophiam sectatus est. CAPVT. principium. NON ESSE Malum. malam rem. nec malis ipsis adnumerandum. QVID ESSET. asperum scilicet in sensu motum. QVALE. cuius naturæ. conditionis: & fortis. quoniam prosternit naturam in primis: est que illi grauissimus hostis. QVANtum alieni: contrarii: atque inimici naturæ: quæ a dolore tanquā ab inimico abiuncta est. & alienata. QVAE RATIO: ars. modus: uia: respiciendum esse scilicet ad leges fortitudinis: ad tolerantiam. patientiam. ipsum denique decorum. Vulnera inquit philosophus uiro forti molesta sunt: fert tamen: quia honestum est ferre: & turpe non ferre. Indolentia inquit Taurus philosophus apud Gellium: & impassibilitas non meo tantum: sed quorundam etiam ex eadem porticu: sicuti iudicio panetii grauis: atque docti uiri improbata: abiectaque est: sed ea uera: & probata fortitudo est: quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum: & non tolerandarum: per quod apparet esse quædam intolerabilia: quibus fortes uiri: aut obeundis abhorreant: aut sustinendis. IMMANITAS. asperitas quædam: & quasi feritas dicere scilicet dolorem non esse malum: cum naturæ sit inimicissimus: & indolentia esse in homine non possit sine magna mercede stuporis in corpore: ac feritatis in animo. fortitudo autem inquit Gellius non eo est: quæ contra naturam monstri uice nititur: ultraque modum eius egreditur: aut stupore animi: aut immanitate: aut quadam misera: & necessaria in patiendis doloribus exercitatione: qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo cæsaris gladiatorem: qui cum uulnera eius a medicis secabantur ridere solitus fuit. PRAESSIVS. adstrictius: & subtilius. CVM HIS: dogmatibus: atque decretis ueterum academicorum. TVIs. stoicis institutis. IN COntrouersiam: contentionē: & quasi contrarietatem.

Publicare bona quid.

Fortitudo quid.

POPVLaria

POPVLaria: uulgaria: & cuiq; uel indocto nota. ELEGantiora: eruditiora: cultiora: & singularia. A ME: modeste de se loquitur cicero. ut deuitet arrogantiam: quasi diceret: non is ego sum: ut e meo promptuario elegantiora depromam. OCCurrent: uenient in mentem: presto ꝑ erunt. POSItum sit: concessum tanq̃ alibi probatum: & per se notum. COMmendatos: conciliatos a natura: & tutellæ commissos. APPEtitionem: cupiditatem conseruandi se in suo statu. HOC conuenit: constat inter nos: & in hoc sumus concordes. ANImaduertam? : cõsideremus: & cognoscamus propriam naturam a nobis conseruandam: QVales. habentes eas qualitates: & dotes: quas in nobis ea uis inchoauit: quæ uitam dedit: & corpus sanum: & sanam mentem: hæc prima secundum naturam appellãtur: & primigenia. CONStamus compositi sumus: & coagmentati. CVIVSdam modi habent peculiares quasdam qualitates. Vires: & uirtutes natura inchoatas i corpore: & animo. CONStituere. ordinare: componere. PRIma primæ naturæ petitiones: & commendationes. SECundum naturam: naturale institutũ: quod primigeniis gaudet: meret q; contrariis: idest omnibus incommodis animi: corporis: & fortunæ. MAXima. grauissima. & pretiosissima. HVNc talem e cumulo scilicet bonorum plurimorum: & maximorum. ILLI. ueteres academici. HOC uis bonorum uideatur extremum: querit de catone cicero: an uelit talem esse finem: secundum naturam uidere: quo posito: & concesso: argumentatꝰ i desciuisse a natura stoicos: & nec sensisse: nec uixisse ad decretum: idest secundum naturam: ut finis est constitutus. ISTo. stoici: quorum es patronus: et causam agis: tutarisq;. DOCeant. rationibus demonstrent. AB Hisdem principiis. naturalibus commendationibus: & donis. EFFiciatis. concludatis. CONgruenter. conuenienter: et consone: ut nihil repugnet: nihilq; relinquatur: quod natura requirit ad summam commodorum: atq; sufficientiam nullibi mancam: & inopem. QVO modo: qua ratione: causa: & uia. QVO loco. statu: conditione: sorte. ABSunt: a nostra potestate sita sunt in arbitrio naturæ: ac sortis: ut est ualitudo: integritas sensuum: & cætera id genus bona corporis. IPSum officium: actionem naturæ usibus necessariam: ut in cibo comparando: potione cultu. Victu deniq;: qui omnia ea officia cõplectitur: quæ media dicuntur: dixerat cato. Initiis ita constitutis: primum est officium: ut se conseruet in naturæ statu: deiceps: ut ea teneat: quæ secundum naturam sint: pellatq; cõtraria. COMmendationes: conciliationes: utilitates: dotes PROfectæ: ortæ: originatæ. A Sapientia. summa perfectiõe ipsius animi: quam totius naturæ procuratricẽ esse decebat. HIC uester finis. qualem uos ponitis in sola sapientia: & consumata uirtute. VALitudinem. propriam integritatem: & sanitatẽ: ne scilicet accidenti aliquo labefactaretur. DOLoris: anxietatis: et molestiæ. CVstodiam. tutellam. & protectionem. DISputat. asserit: iudicat. DECeat. conueniat secundum propriam naturam: & excellentiam ipsius animãtis: cuius summa querit. ID Constituit: posuit summum bonum hois in sola uirtute: quæ nil aliud est q̃ rationis perfectio: & excellentis animi consumatio. PRæter animuz. ac si nullũ habet corpus qd est absurdissimũ. et sic deridet cicero chrysippi opinionẽ de cõstitutione finis. VNO autẽ modo. ꝓbat Tullius mancum esse chrysippeũ finẽ: etiã si homo nihil esset ꝑter animũ. ID ipsum summũ bonũ in sola uirtute. SICut ea mens. quæ scilicet desiderat ualitudinẽ: sanitatẽ: suiq; cõseruationẽ ut de anĩo dictũ est. QVod esset secundũ naturã & sic talis finis nõ esset cõgruẽter naturæ uiuere. ut stoici dicũt: & chrysippus in ꝓmis. SEd id aial e sola ꝯstans mente: ac sũmũ bonũ esse nõ potest.

Naturale institutũ qbus gaudeat.

Virtus quid sit.

popularia sunt, ego autem a te elegantiora desidero. A me tu inq̃? Sed tamen enitar, & si minus mihi multa occurrent, non fugiam ista popularia. Sed primum positum sit nos metipsos cõmendatos esse nobis, primãq; ex natura hanc habere appetitionem, ut conseruemus nos metipsos, hoc conuenit. Sequitur illud ut animaduertamus qui simus ipsi, ut nos quales oporter esse seruemus. Sumus igitur homines ex animo constamus & corpore, quæ sunt cuiusdã modi, nosq; oportet, ut prima appetitio naturalis postulat, hæc diligere, constituereq; ex his finem illum summi boni, atq; ultimi, quem (si prima uera sint) ita constitui, necesse est scilicet eaꝝ rerum, quæ sunt secundum naturã q̃ plurima, & q̃ maxima adipisci. Hunc igitur finem illi tenuerũt, quodq; ego pluribus uerbis, illi breuius secundum naturam uiuere. Hoc uis bonorũ uideatur extremum? Age nunc isti doceant, uel tu potius (quis enim ista melius) quonam modo ab iisdẽ principiis profecti efficiatis ut honeste uiuere, id est enim uel ex uirtute, uel naturæ congruenter uiuere, Summum bonũ sit? & quonam modo, aut quo loco corpus subito deserueritis, oĩaq; ea quæ cum secundum naturã sint absint a nostra potestate? Ipsum deniq; officium. Quero igiẽ quomodo hæ tantæ cõmendationes a natura ꝓfectæ subito a sapientia relictæ sint? Quod si non hominis summũ bonum quæreremus. Sed cuiusdam animantis, is autem esset nihil nisi animus (liceat enim fingere aliquid eiusmodi, quo uerum facilius reperiamus) tum illi animo non esset hic uester finis, desideraret. n. ualitudinem, uacuitatem doloris, appeteret etiam cõseruationem sui, earũq; rerum custodiam, finemq; sibi constitueret secundum naturam uiuere. Quod est (ut dixi) habere ea, quæ secũdum naturam sint, uel omnia, uł plura, uł maxima. Cuiuscunq; enim modi animal constitueris, necesse est, ẽt si id sine corpore sit (ut fingimus) esse in animo quædã similia eorum, quæ sint in corpe, ut nullo modo (nisi ut exposui) constitui possit finis bonorum. Chrysippus autem exponens differentias animantiũ ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas ualere utraq; re. Deinde disputat, quod cuiusq; generis animantis statui deceat extremum. Quum autem hoiem in eo genere posuisset, ut ei tribueret animi excellentiã, summum bonũ id cõstituit, nõ excellere anĩo, sed uti nihil esse præter animũ uidereẽ cõstituit sũmum bonũ. Vno aũt modo in uirtute sola summũ bonũ recte ponereẽ, si quod esset aĩal, qd totum ex mẽte cõstaret, id ipsum tamen sicut ea mens nihil haberet in se qd esset secũdũ naturã, et ualitudo est. Sed id ne cogitari qdẽ põt q̃le sit

VT NON REPVGNET Ipſum Sibi: ut non aliquid ei deſit: quod ſummo bono repugnat: etenim maximum bonum: & imperfectum quaſi contraria ſunt: & ſimul uera eſſe non poſſunt. OBSCurari: obumbrari a ſplendore ipſius honeſtatis. QVEDam aliqua: quæ ſunt quidem ſecundum naturam: ſed exigua: & quaſi minima. NEC Apparere: ideſt quaſi obrui: & tegi: ut non uideantur. IN EO GEnere: in numero eorum: quæ parua ſunt: & minima: quoniam corporis commoditates multæ magnæque ſunt: ergo non habent ſimilitudinem cum minimis uoluptatibus. GENEre: qualitate: ac natura. TANtæ: tam magnæ. COMmOditates: utilitates: dotes: oportunitates. PROductæ: prorogatæ: ac diu notæ. EXIguitatem: paruitatem. NIHIL Intereſt: nihil refert. TERVntium: exiguum nummum. ADIICere: addere. QVOD Intereſt: refert: & utilitatem in ſe habet aliquam. IVCunde: delectabiliter: & ad uotum. MENSTrua unius menſis: aut menſurna. MOMEntum: pondus: uires: efficaciã. AD IVcundum: ad id: quod iuuat: atq; delectat. ACCEſſione: additamento quodam. Ariſtoteles agens de ſummo bono dicit. Talem exiſtimamus eſſe felicitatem: & maxime expetibilem: ſed cum adnumeratur aliis bonis magis: ut par eſt: expetibilem augumentum ſiquidem boni fit id: quod adiungitur: id autem ſemper magis eſt expetibile: quod maius eſt bonum. SI Autem id: quod non eſt magnum: licet habeat aliquod momentum: tamen non tollit: aut labefactat felicem uitam: quæ ſuum nihilominus retinet nomen: & dignitatem: ſic dicimus inquit: & ſentimus de bonis corporis: facere ſcilicet uitam e uirtute expetibiliorem ſua acceſſione: iucundioremq;. ELABORetur: cura: & labor adhibeatur: ut adſit talis acceſſio: & conſeruetur ad ſummam felicitatis: & cumulum. IOCARI: rem iocoſam dicere delirare: atq; ineptire: cum talem ponant ſimilitudinem. AMPVlla: guttus: quo utebãtur maiores noſtri in balneis: & etiam ſtrigilibus ad perfundenda oleo: ſiue unguento membra: & ſtringendam cutem. Vnde Iuuenalis Sonat unctis ſtrigilibus: & pleno componit linthea gutto. SVMPTum: accepturum tanquam rem commodam: non tamen bona ex ſtoicorum ſententia. HEC: ampulla: & ſtrigilis. NEC Beatiorem: quoniam talis acceſſio non eſt eiuſdem generis: ideſt e numero bonoꝝ: ideſt uirtutum: quæ ſolæ beatam uitam efficiunt ſtoicis. HOC Simile: hæc ſimilitudo riſu explodenda eſt. SI LAboret: curet: ſollicituſq; ſit. GRAuitate: morbo graui: & noxio. CRVciatu: tormento podagræ: chiragræq;. LEVet: exponeret: liberet. INEAt gratiam: paret beniuolentiam: obligetq; cruciatu leuatum. ILLE Sapiens: perfectus uir ex opinione ſtoicorum. VVLTum: qualitatem faciei: & pallorem. CAPItali aduerſario: moleſtiſſimo: perniciosiſſimoq;. EXCITaret: commoueret: in auxiliumq; aduocaret. RATIones: uias: modos: præcepta: & exempla fortium, uirorum: & patiendi conſtantia nobilium. PRæſidio: tutela: ope: comitatuq;. QVID Tale: unũ quid eorum: quæ ad cumulum felicitatis referuntur. EXPLeat: ac cumulet. SVMmam ultimam conſumationem finis: atq; faſtigium. VOLVptaria: delicata. Ariſtippea: & epicurea. HEC: bona corporis: & extrinſeca. CONVenire: conſtare: cõcordeſq; in hoc eſſe. SVMma: cumulus: & aggregatio: in qua cõſiſtat finis rerũ duce natura expetendaꝝ. QVO conſtituto: poſito: & firmato. OCIoſe: animo ſecuro tranquilloq;: citra moroſitatem diſputandi & acriorem curã: quæ maxima eſt adhibenda in cõſtitutione finis: momẽta uero reꝝ ad illum tendentiũ ocioſe: ac remiſſe poſſunt expẽdi: & indicari. QVIn: quod nõ. ESSet ſimile: in imperfectiõe naturæ cõſiſteret. ID: extremũ ipſum: atq; finis.

Ariſtotelis dictũ.

ut non repugnet ipſum ſibi. Sin dicit quedam obſcurari, nec apparere, qa ualde parua ſint, nos quoq; concedimus quod dicit Epicurus de uoluptate? Quæ minimæ ſint uoluptates, eas obſcurari ſæpe & obrui, ſed nõ ſunt in eo genere tantæ cõmoditates corporis tãq; ꝓductæ temporibus, tãq; multæ. Itaq; in qbus propter earum exiguitatem obſcuratio conſequitur, ſæpe accidit ut nihil intereſſe noſtra fateamur, ſint illa nec ne ſint? ut in ſole quod a te dicebatur lucernã adhibere nihil intereſt aut teruncíũ addiicere Cræſi pecũiæ. Quibus aũt in rebus, obſcuratio tanta nõ ſit, fieri tamen poteſt, ut id ipſum quod intereſt non ſit magnũ, ut ei q iucunde uixerit annos decem, ſi æque uita iucunda menſtrua addatᷣ, quia momentũ aliquod habent ad iucundũ acceſſione bonum ſit. Si autẽ id non cõcedatur, non cõtinuo uita beata tollitur, bona aũt corporis huic ſunt quod poſterius poſui ſimiliora. Habẽt enim acceſſionem dignã in qua elaboretᷣ. Vt mihi in hoc ſtoici iocari uideantur interdum, quum ita dicãt. Si ad illam uitam quæ cũ uirtute degatᷣ ampulla, aut ſtrigilis accedat, ſumptuꝝ ſapientem eam uitã potius cui hec adiecta ſint, nec beatiorẽ tamen ob eam cauſam fore. Hoc ſimile tandẽ eſt non riſu potius q̃ ratione eiiciendũ? Ampulla enim ſit nec ne ſit qs nõ iure optimo irrideatᷣ ſi laboret? At uero grauitate membroꝝ, & cruciatu doloꝝ, ſi quis quẽ leuet, magnam ineat gratiã, nec ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum a Tyrãno ire cogatur ſimilem habeat uultum, ac ſi ampullam perdidiſſet, ſed ut magnum & difficile certamen iniens, cum ſibi cũ capitali aduerſario dolore depugnandum uideret, excitaret omnes rationes fortitudinis, ac patiẽtiæ, quarum præſidio iniret illud difficile (ut dixi) magnumq; præliũ. Deinde non querimus qd obſcuretur, aut itereat, qa ſit admodum paruũ, ſed qd tale ſit, ut expleat ſummam. Vna uoluptas e multis obſcuratur in illa uita uoluptaria. Sed tamen ea q̃uis parua ſit, pars eſt eius uitæ, quæ poſita eſt ĩ uoluptate. Nũmus in Cræſi diuitiis obſcuratur, pars eſt tamen diuitiarum. Quare obſcurentur etiã hec quæ ſecundum naturam eſſe dicimus in uita beata, ſint modo partes uitæ beatæ, At qui ſi (ut conuenire debet inter nos) eſt quædã appetitio naturalis, ea quæ ſecũdum naturam ſunt appetens eorum omnium eſt aliqua ſumma facienda, quo cõſtituto, tum licebit ocioſe iſta quærere de magnitudine rerum, de excellentia quãta in quoq; ſit ad beate uiuendum, de iſtis ipſis obſcurationibus, quæ ꝑpter exiguitatem uix, aut ne uix qdẽ appareãt. Quid de quo nulla diſſenſio eſt? Nemo.n.eſt qui aliter dixerit, qn oium naturaꝝ ſimile eẽt id, ad quod omnia referuntᷣ, quod eſt

VLTimum

VLtimum :summum bonum:ad quod omnium naturarum fertur appetitus. Habitũ:qualitatem: & dispositionẽ VIM:potentiam.facultatem:efficatiam:usum: & actum. MOtum:agilitatem:dexteritatem. STatum : tranquilitatem:constitutionem:ac in suo robore permanentiam. PRImæ institutionis : naturalis ordinationis:& cõmendationis primigeniorum:idest primorum secundum naturam:tam in corpore:quam in animo. Vim: proprietateꝫ suæ naturæ:usqꝫ ad extremum ipsius naturæ cumulum. HOminem:hominis uim:idest:corpus ipsum:& humanitatem e corpore:animoqꝫ constantem. IN parte:rationis absolutiõe:idest uirtute. Simile:in summa scilicet naturalium donorum:EXcelleret:præstantius esset. Tale ultimum:quod in homie excellit:relictis corporis dotibus : & tantis naturæ cõmendationibus. Applicatum:accõmodatum : & ab ipsa natura additum. CVstodia:tutela:conseruatione : augumento:cumulo. PREterea : ultra ea.& præter quæ uos appellatis honesta. SVNT appetenda: boni appellationem sortiuntur. QVOD est ultimum ipse finis bonorum. CONcluditur: simul ponitur & cumulatur. Vt phidias : artis similitudine ponit munus ipsius sapientiæ:quæ hominem a natura inchoatum perficere sic debet :ut nulla pars imperfecta remaneat : fuit autem phidias nobilissimus sculptor:& in cælatura eboris nulli secundus. INSTITVERE:inchoare statuam aliquã in marmore:aut ebore. INCHOATVM:institutum. HVIC:qui inchoatum signum absoluit. QVALEM igitur: idest natura hominem instruit : & subornauit his dotibus: quibus corpus censetur:& animus cum ad agendum natus hõ sit:& cõtẽplandũ:quasi qdã ut dixerim mortalis deus. MVNVS :officiũ:opus officii propositum: siue obiectum efficiendum :& consumandũ MOTVM :agitationem ;& sollertiam mentis omnium capacem:quæ cælo continentur. FINgere:conformare. Summa:maxima: & finem ipsum cõstituentia. EFFECTVM:conclusum:& undique absolutum. Cultu:ornatu : & perfectione. ALIi:aristippei epicurei: & cæteri : qui in primigeniis ;aut in dolentia finem hominis locauerunt. EXTRA nostram potestatem:arbitrium:atque iudicium : quoniam sunt in manu naturæ:atqꝫ fortunæ:ut prima secundum naturam:nec non uoluptas:indolentia diuitiæ. ANImali:quacunque substantia animata: sensibusqꝫ tantum instructa: iccirco qui in uoluptate corporis bonum ultimum statuit:animalis decretum sequitur: non hominis : qui ratione cæteris præstat animantibus. ALII CONtra : qui spreto corpore, rationem tantum excolendam decreuerunt . Vt herillus:pyrrho:& Cius Aristo. INQVODAM GENERE CORPOris:idest quadam quasi corporea natura : ut in sanguine. Anima siue aere : ac igni : & hoc ideo inquit : quoniam quid sit animus per se: idest seorsum a corpore non plane dispicimus. Aristoteles dixit esse entelechiam : siue rectius endelechiam corporis: idest continuatam motionem:atque perennem naturalis corporis potentia uitam habentis:de endelechia dicent a me non nulla cognitu dignissima in enarratione scholarum tusculanarum. VT NE IS QVIDEM animus quasi corpoream habens naturam. VNA VIRTVTE : perfectione sui:idest consumata intelligentia : idest perceptione rerum omniũ quæ lumini rationis proponuntur: & in se continent ueritatem : quæ menti quasi propria materia subiicitur tractanda. Vnde dicit Aristoteles uerum uidere : ac ducere omnis mentis opus est : & munus. APPETAT : cum sit in quodam genere corporis : quod dolorem sentit: potestque ob id grauiter affici:laborare :ac inte-

Phidias qui fuerit

Animus qd sit.

ultimũ reꝝ appetendarum. Omnis enim est natura diligens sui, quæ est.n.quæ se unq̃ deseratur? aut partem aliquam sui, aut eius p̃tis habitum, aut uim, aut ullius eaꝝ rerum, quæ secundum naturam sint, aut motũ, aut statum. Quæ aũt natura suæ primæ institutionis oblita est? Nulla profecto, quin suam uim retineat, a primo ad extremum. Q̃uo igitur euenit hoc, ut hois natura sola esset, quæ hominem relinqueret, quæ obliuisceretur corporis, quæ sũmum bonũ non in toto hoie, sed in parte hois poneret? Quomodo autem, quod ipsi etiam fatẽtur, constatqꝫ inter omnes, conseruabitur, ut simile sit omnium naturale illd̃ ultimum, de quo quærit̃? Tum enim esset simile si in cæteris quoqꝫ naturis, id cuiqꝫ esset ultimum, quod in quaqꝫ excelleret. Tale enim uisũ esset ultimum stoicoꝝ. Quid dubitas igitur mutare principia naturæ. Quid enim dicis omne animal simulatqꝫ sit ortum, applicatum esse ad se diligendum, esseqꝫ in se conseruando occupatum? Quin potius ita dicis, omne animal applicatum esse ad id, quod in eo sit optimum, & in eius unius occupatũ esse custodia? Reliquasqꝫ naturas, nil aliud agere, nisi ut id cõseruent, quod i quaqꝫ optimum sit? Quomodo aũt optimum, si bonũ præterea nullum est? Si autem reliqua appetenda sunt, cur quod est ultimum rerum appetendarum, id nõ aut ex omnium earum, aut ex plurimarum, & maximarũ appetitione concluditur? Vt Phidias potest a principio istituere signum, idqꝫ pficere, potest ab alio inchoatũ accipere, & absoluere. Huic est sapientia similis. Non.n. ipsa genuit hoiem, sed accepit a natura inchoatũ. Hanc intuens debet institutum illud quasi signum absoluere Qualem igitur natura hoiem inchoauit? & quod est munus? quod opus sapientiæ? Quid est, quod ab ea, & absolui, & perfici debeat? Si nihil in eo quidem perficiendum est præter motũ ingenii.i.rationem. Necesse ẽ hoc ultimum eẽ ex uirtute uitam fingere. Rationis eni perfectio est uirtus. Si nihil nisi corpus, sũma erunt illa ualitudo, uacuitas doloris, pulchritudo & cætera. Nũc de hois sũmo bono quæritur. Quid ergo dubitamus ĩ tot eius natura quærere qd̃ sit effectum? cum.n.constet inter omnes omne officium munusqꝫ sapientiæ in hois cultu esse occupatum alii (ne me existimes contra stoicos solum dicere) eas sententias afferunt, ut sũmum bonum in eoꝝ genere ponant, quod sit extra nostrã potestatem tanquã de animali aliquo loquantur. Alii contra quasi nullũ sit corpus hois, ita p̃ter animũ nihil curãt. Cũ præsertim ipse quoqꝫ aĩus nomĩare nescio quid sit, neqꝫ.n. id possum ĩtelligere sed in quodã genere corporis, ut ne is quidẽ uirtute una contentus sit, sed appetat

tire. ACTIOnē: officium naturalibus, desideriis
necessarium: nec non propinquis: & amicis debi-
tum: & homini denique. qua homo est. QVAsi
curta: imminuta: & manca. PLEna: cumulata e
bonis animi: corporis: & fortunæ. quæ sētentia ē
ueterum academicorum. idest platonicæ familiæ
Sapiētiæ pricipat⁹ qui. & aristotelicæ. TVtela: cura: custodia: protectio
ne ipsius sapientiæ: cui principatus natura debet
& corporis: quasi tutela. ABsolutos: consuma-
tos. ACIem: acumē iudicii: ac ueritatis inspectio
nem. PREstringitis: offuscatis: & quasi tenebras
ignorantiæ offunditis: ut non plane dispiciamus
quid natura uelit claro uirtutis lūīne capi: & qua
si obtenebrati: quoniam lumen maius offuscat
minus. SVMmum: excellens: atq; præcipuū: ut
sagacitas: celeritasq; in canibus: & hec eadem in
equis: atque robur ad uehendum pugnacem in
sessorem. VAlere: uigorem habere: morbisque ua
care: sic cum ualitudine corporis: & indolentia.
quod sit iter: unde sit naturæ principium a primi
geniis: scilicet quæ tuentur sensus ueluti custodes
a natura dati: & ad uirtutem duces: quos absolu
ta ratio relinquere non debet in constitutione fi-
nis: ut uere fiat bonorum summa: quæ esse debet
ex hominis natura undique perfecta: & nihil re-
quirente. PROgressio: processus per prima com-
moda ad rationis excellentiā: cuius tutelæ bona
corporis subiecta sūt. Nō. n. similitudīe frugū iter
naturæ pgressionēq; in hoīe aperit. Aliter ingt na
tura se habet in frugibus: aliter in humana sorte.
Vos āt stoici nō secus de corporeis cōmodis senti-
tis: ac de frugibus in quib⁹ prima queq; negligūt
& tantū spica ɔsiderat. & quærit. ITA: sic: & ta
li cōditione: & primigenia nō contemnant. EFfe
cta consumata: & absoluta. i. cū ad uirtutem ope
sensuum: & sapientiam uentum fuerit. VT SI
cultura: ponit simslitudinē a stoico in stituto in re-
bus confirmandis: non abhorrentem: adiunge-
bant siquidem rationibus tale genus demonstra
tionis: ut in secundo de natura deorum uidere li-
cet. CVltura: ars colendi uitē: idest ornandi: pu
tandi: & concinandi: ut expectatum ferat fructū
cultura inquit excolit uitē: præstantiorq; est qua
cunq; uite: ac eius partibus: tamen ea non negli-
git: quæ ipsum adiuuant cultum: ut instrumenta
sic sapientia auxilio sensuū excolit hōiem. in quo
nihil est sapia ipsa pstantius: tn̄ sensus ipsos negli
gere nō debet. Munus: officiū: & cura. ILLa cul-
tura: ars: & pitia se ipam colēdi. ATtinebāt: spe
ctabāt: & necessaria erāt. SIcut antea: priusq̄ eēt
bene culta: & concinnata. STatuat: iudicet: cen
seat. MElius: perfectius. EOrum: primorum se-
cundum naturam. CVratione: tutela: custodia.
INconstantiam: leuitatem. & opinionem a se diffi
dentem: & minime consentaneam: quoniam
postrema primis non congruunt: primigenia
siquidem a fine segregant: quo nil potest dici in
constantius. EORVM: stoicorum. ITEM-
Catheccō quid sit. QVE OFFICIVM: actionem usibus natu-
ræ necessarium: cathecon: idest conueniens ap
pellabant stoici. IPSAM VIRTVTEM:
prudentiam: & sapientiam humanæ mentis per
fectionem: & cumulum. TVENTEM: conser-
uatricem: & tutricem primigeniorum. Virtus
etenim corpus conseruat: uitiū uero dotes corpo-
ris corrumpit: & undiq; auctum tolerari non pōt

uacuitatem doloris. Quamobrē utriq; idem faciunt,
ut si læuam ptem negligerent, dexterā tuerentur, aut ip
sius animi, ut fecit Herillus cognitionē amplexarētur,
actionem relinquerent. Eorum enim oīum, multa præ
termittentiū dum eligatur aliqd, quod sequatur quasi
curta sentētia est. At uero illa pfecta, atq; plēa eoꝝ, q cū
de hoīs sūmo bono quærerent, nullā in eo, neq; animi,
neq; corpis partem, uacuā tutela reliquerunt. Vos autē
Cato, quia uirtus (ut oēs fatemur) altissimū locū ī hoīe
& maxime excellentem tenet, & q eos, qui sapientes
sunt absolutos, & pfectos putamus, aciem animoꝝ no-
stroꝝ uirtutis splendore præstringitis. In omni. n. anīan
te est sūmum aliquid, atq; optimū, ut ī equis, in canib⁹,
quibus tn̄ & dolore uacare opus est, et ualere. Sic igitur
in hoīe perfectio ista ī eo, qd est optimum. i. uirtute lau
datur. Itaq; mihi non satis uidemini considerare, quod
iter sit naturæ, queq; pgressio. Non. n. hoc quod facit ī
frugibus, ut cū ad spicā pduxerit ab herbā relinquat, &
pro nihilo hēat herbā, idem facit ī hoīe, cū eū ad rōnis
habitum pduxerit. Semp. n. ita assumit aliqd, ut ea quæ
prima dederit ne deserat. Itaq; sensibus rōnem adiūxit,
& rōne effecta sensus nō reliquit. Vt si cultura uitiū, cu
ius hoc munus est, ut efficiat ut uitis cū ptibus suis oīb⁹
q̄optime se habeat, sed sic intelligamus. Licet. n. ut uos
quoq; soletis fingere aliquid docendi causa. Si igitur il-
la cultura uitiū in uite insit, ipsa cætera credo uelit, q̄ ad
colendā uitē attinebant sicut antea, se aūt oībus uitis p-
tibus præferat, statuatq; nihil esse melius in uitē q̄ se. Si-
militer sensus cū accessit ad naturā tuetur illam qdem,
sed ēt tuet se, cū aūt assumpta ratio ēst tanto in dn̄atu lo
catur, ut oīa illa prima naturæ huius tutelæ subiiciātur.
Itaq; non discedit ab eoꝝ curatione, quibus præposita
uitam oēm debet gubernare. Vt mirari satis eoꝝ incon
stantiam non possimus. Naturalem n. appetitionē, quā
uocant hormen, itēmq; officiū, ipsam ēt uirtutem tuen
tem eē uolūnt eaꝝ rerum, quæ scdm naturā sunt. Quū
āt ad sūmum bonū uolunt puenire trāsiliūt oīa & duo
nobis opera pro uno relinquunt, ut alia sumamus, alia
appetamus, potiusq̄ uno fine oīa concludant. At enim
natura dicitis uirtutem non posse cōstitui, si ea quæ ex-
tra uirtutē sint ad beate uiuendū pertineāt. Quod totū
cōtra est, introduci enim uirtus nullo modo potest, ni
si omnia, quæ leget, quæque reiiciet, unam referantur
ad summam. Nam si omnino nos negligimus in Ari-
stonea uitia, & peccata incidemus, obliuiscemurque,
quæ uirtuti ipsi principia dederimus. Sin ea non negli-
gimus, neque tamen ad finem summi boni referimus,
non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. Dua-
rum enim uitarum nobis erunt instituta capienda, fa-
cit enim ille duo seiuncta ultima bonorum, quæ ut es-
sent uera coniungi debuerunt. Nunc illa separantur,
ut disiuncta sint, quo nihil potest esse peruersius.
Itaque contra est, ac dicitis. Nam constitui uirtus nul-
lo modo potest, nisi ea, quæ sint prima naturæ, ut

AD summum bonum:ad constitutionem extremi boni:quod in summa bonorũ corporis & animi ponendũ esset: relinquunt corpus:& in sola uirtute illud ponunt:quod est non ad cumulum naturæ peruenire:sed naturam relinquere. TRansiliunt:transgrediuntur dotes corporis:& primas naturæ commendationes : nec ascendunt per gradus:ut par esset. DVO opera:negocia:ut scilicet quedam appetamus:ut bona:quedam assumamus:ut commoda: & æstimatione digna. VNO fine:termino:& summa. AT enim:confutat rationem stoicorum dicentium non posse formari in homine uirtutez:si præter ipsam aliquid requiratur ad beatam uitaz non potest inquit cicero fieri uirtus

ad summum bonũ pertinentia tenebit. Quesita enim uirtus est,non quæ relinqueret naturam,sed quæ tueretur. At illa(ut uobis placet,partem quandam tuetur reliquam deserit. Atq; ipsa institutio hominis si loqueretur hæc diceret primos suos quasi conceptus appetendi fuisse ut se cõseruaret in ea natura,in qua ortus esset, nondum autem explanatum satis erat. Quid maxime natura uellet,explanetur igitur. Quid enim aliud intelligetur nisi ut nequa pars naturæ negligatur?in qua si nihil est præter rationem , sit in una uirtute finis bonorum,sine est etiam corpus ista explanatio naturæ nẽpe hoc effecerit,ut ea quæ ante explicationem tenebamus,relinquamus,ergo idest cõuenienter uiuere,a natura discedere? Vt quidam philosophi cum a sensibus profecti maiora quædam & diuiniora uidissent,sensus reliquerunt,sic isti cum ex appetitione rerum uirtutis pulchritudinem aspexissent,omnia propter quæ uirtutem ipsam uiderant abiecerũt,obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere,ut a principiis permanaret ad fines. Neq; intelligũt se rerum illarum pulchrarum , atq; admirabilium fundamenta subducere. Itaq; mihi uidentur omnes quidem illi errasse , qui finem bonorum esse dixerunt honeste uiuere , sed alius alio magis, Pyrrho.s.maxime , qui uirtute constituta nihil omnino quod appetendum sit relinquat. Deinde aristo qui nihil relinquere non est ausus. Introduxit autem quib⁹ cõmotus sapiens appeteret aliquid quod cuiq; in mentem incideret,& quodcunq; tanq̃ occurreret. Is hoc melior q̃ Pyrrho,q̃ uel aliquod genus ap-

& prudentia in primis : nisi ex delectu earum rerum:quæ sint secundum naturam:quam qui relinquit : ueram : & expressam uirtutis imaginem habere non potest. NATura:naturali instituto: atq; principio. COnstitui:conformari:atq; effingi. PErtineant:spectent : necessariaq; sint. VIRtus:ratiõis absolutio:atq; prudentia : quæ in delectu bonorum : & malorum posita est. LEGet: assumet ut bona:& naturæ consentanea. REnciet:repellet ut mala:& naturæ inimica. AD unaz summam:finem:& cumulum bonorum:atq; malorum. NOS:dotes nostri corporis:& bona uitæ usibus necessaria. ARistonea:qualia fuerunt ci aristonis nulluz discrimen in rebus relinquentis. VItia:errata. PECcata:delicta:idest falsas opiniones:absurdaq; iudicia. PRincipia:ortus e selectione rerum:quas appetit natura : uel respuit. EA:principia. referimus:reducimus : & ad finem pertinere dicimus. LEuitate:inconstantia: & imprudentia : quoniam prima secundum naturam segregauit a fine bonorum:duosq; fines constituit : quod est absurdissimum. DVarum uitarum idest illius:quæ omnia officia refert ad conseruationem corporis:& partium eiusdem : circaq; sumenda uersatur:& commoda : nec non alterius: quæ rationi tantum studet:animiq; cultuz:ut solum:& summũ bonum amplectitur : & sic autor huius opinionis duo opera pro uno reliquit. INstituta:decreta:placita:ordinationes. SEiuncta: separata. VLtima : extrema:idest ponit duos fines:corporis unum. Animi alterum:in quo perfectionem statuit hominis seiugataz a dotibus corporis:& primis secundum naturam:hæc aũt coniungi debent:ut uera sint. PERuersius:absurdius:& a naturæ instituto alienius. AC:q̃. CONstitui:formari:fieri. VT ad summum:tanq̃ ad ultimum finem spectantia:& necessaria:ne pars naturæ relinquatur. QVESITA:opera sensuum inuestigata : & comparata est rationis absolutio : quæ uirtus dicitur & recta ratio agendi prudẽtia. TVERETVR:protegeret : conseruaret. PARTEM QVANDAM : rationem : mentem. RELIQVAM:corpus ipsum:& primigenia. INSTITVTIO:ordinatio:decretum:inceptio:deliberatio : propositum. QVASI CONCEPTVS : cogitationes:& cupiditates. EXPLANATVM:patefactum:& declaratum:quoniam primus ille conceptus obscurus est:atq; confusus:quia suum lumen nondum accepit ratio:quæ uim rerum explanat:& naturam. NEqua:nulla: sine ut aliq̃. INqua:natura:& proprietate hois. VT EA:idest primigenia:dotesq; corporis. CONuenientẽr:cõgruenter:& cõsentanee:& sic insultat cicero uiolentæ interpretationi stoicorum:& absurdæ explanationi humanæ naturæ. PROFECTI A SENSIBVS:incipientes a cognitione sensuum ascendissent ad rationem:& sapientiam. DIVINIORA:excellentiora. RELIQVERVNT:eos non curarunt ut democritus:qui oculis se priuauit : & qui sceptici:ephectici:& aporritici dicti sunt:idest commentantes:obligantes:& ambigentes:qui nec uidere se quicquam: neq; audire putabant. SIC ISTI:stoici. EX APPETITIONE RERVM:a naturalibus principiis:& appetitu rerum necessariarum ad conseruationem proprii status:& uitæ. PROPTER QVE:idest:quibus mediis:& quasi ducibus ad uirtutem:quoniam sensus ipsi commendant nos uirtuti & sapientiæ. ITA LATE PATERE:tantum se extendere:ut omnia complectatur:q̃uis tenuem:& obscurum habeat ortum:tamen illa eadẽ ab imo ad summum anhelat:atq; contendit:quapropter bona q̃uis minima negligenda non sunt. A PRINCIPIIS:naturæ initiis:& primigeniis. PERMANERET:effluerect decurreret usq; ad extrema bona : a quibus non separatur : & sic prima appetitio est telica:idest pertinet ab finem:eiusq; est naturæ:ac sortis. RERVM PVLCHRARVM : idest uirtutum:& honestatum. FVNDAMENTA:principia: quoniam sine primis naturæ ad illa pulchra non datur ascensus. SVBDVCERE:subtrahere:ac labefactare : quod minime conuenit. HONESTE VIVERE:uirtutem habere:nulla habita ratione bonorũ corporis:& fortunæ. CONSTITVTA:posita in sede summi boni. NIHIL RELINQVAT APPETENDVM:nil dicat esse bonum. INCIDERET:incurreret sine aliquo delectu : atq; discrimine. OCCVRRERET:obuiũ esset cupiditati:& uolenti se offerret:quod a prudentia omnino alienũ est:

Opinio Aristonis

RECESSIT A NATVRA: cui non omnia conueniunt: & a quibusdam sic abhorret: ut a capitali aduersario. PRINCIPIVM OFFICII: originem actionis conseruandæ naturæ cōuenientis. OCCVRRENTIA: quecunque incidentia. PER SE: sua sponte: ac per propriam naturam. NON ADIVNGVNT: separant a bono: idest fine: non enim appetenda dicunt: ut bona: sed sumenda: ut commoda. DESCISCVNT: deficiunt: discedunt a naturali instituto. COMMINISCEBATVR: fingebat. A SVMMA: cumulo. QVE: prima naturæ. PREPONVNT: anteponunt his: quæ primigeniis cōtraria uidentur. VT SIT ALIQVA SELECTIO: delectus: differentia rerum: quæ sunt e natura: aut contra. NEGANT QVICQVAM PERTINERE. nihil posse ad beate uiuendum: cuꝫ bona non haberentur a stoicis: sed commoda quedam æstimatione digna. ATQVE ADHVC EA DIXI: hactenus inquit cicero ea exposui: quibus liquido pateret: causam non habuisse zenonem desciscendi a maioribus. Ita siquideꝫ proposuerat: habes cato formam eorum philosophorum: qua exposita scire cupio: quæ causa sit: cur zeno ab antiqua institutione desciuerit. AVTORITATE: excellenti decreto: & sententia. RELIqua: cætera: quæ zeno dux uester: atq; sectanus commentus est. AVTORE: magistro: & principe. GRAVISSImam: seuerissimam: & ducem stoicæ familiæ: quæ dogma hoc tenet: atq; sectatur: id solum esse bonū: quod honestum. IN una: sola. INFORMARI: effingi constitui: orni. NVMERETVR: requiratur ad informationeꝫ uirtutis quaꝫ dicebant a sola uoluntate pendere: & non ab his: quæ in arbitrio sunt naturæ: & fortunæ: sapientem habere omnis numeros dicebāt stoici: idest omnia numerata: & requisita ad consumatam uirtutem: hæc etiam sentētia inquit cicero: communis est uobis cum aristone pyrhone: atq; herillo. MIHI AVTEM EQVIVS: iustius ait tullius fecisset zeno: si cognita controuersiæ causa: cuꝫ polemone doctore suo sentiret q̄ cū pyrrhone: atq; aristone: quorum decretum nullis naturæ principiis nititur: nec aliquo quasi fundamēto solidatur: atq; fulcitur. ACCEPERAT. intellexerat. A COMMVNIBVS INITIIS. naturalibus principiis. PROGREDIENtem: proficiscentem: & incipienteꝫ. VIDERE: cognoscere: examinare: discernere. VBI PRIMVM INSISTERET: immoraretur: ut in re ambigua: & controuersia: idest quis esset causæ status: & quæ controuersia de rebus uidelicet ac naturæ principiis: an de ipsis appellationibus: stasis græce inquit ideꝫ in topicis: latine appellatur status: in quo primum insistit: quasi ad repugnandum congressa defensio. CAVSA: origo: & ratio dissensionis: contentionisq;. NON STANTEM: non sentientem. ESSE PROFECTA: originem habuisse a prima commendatione naturæ: appetitioneq;. ARGVMENTIS: rationibus ad probandum dogma. SENTENTIIS: opinionibus: & iudiciis. MINIME VERO: urget cicero aliam opinionem: seu potius hallucinationem stoicorum: qui omnia in sola uirtute reponentes: illam tamen esse quasi mancam: & alia quedam requirere ostenderent: huius errati causa illis erat magnificentia uerborum: honesti splēdor: & uenditatio quædam inanis. Nam uera uirtus nil aliud est q̄ totius naturæ consumatio: nulla parte relicta. INITIA: principia naturæ: unde officia oriuntur: & ipsum denique honestum: in quo solo bonorum summam ponebant stoici. APTA: conuenientia. ACCOMMODAta: idonea: applicata: idest: quæ sint e natura: ut uirtus inde possit oriri. E SELECTIONE: idelectu: atq; differentia rerum. EXISTere: apparere: fieri: cōformari. NON enim: ratio ciceronis: qua hebetes ostendit stoicos: & incessit. BOnoꝝ ultimū: summū bonū aliquid aliud desideraret: ut esse posset: quod est absurdissimum.

Zenonis opio de bono.

Stasis græce latine status.

petendi dedit, deterior q̄ cæteri ꝙ penitus a natura recessit. Stoici autem ꝙ finem bonorum in una uirtute ponunt similes sunt illorum, ꝙ autem principium officii quærunt, melius q̄ Pyrrho, ꝙ ea non occurrētia fingunt, uincunt aristonem, ꝙ autem ea quæ ad naturam accomodata, & per se assumenda esse dicunt, non adiūgunt ad finem bonorum, desciscunt a natura, & quodammodo sunt non dissimiles aristonis. Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. Hi anteponūt illi quidem prima naturæ. Sed ea seiūgunt a finibus, & a summa bonorum quæ cum proponunt ut sit aliqua rerum selectio naturam uidentur sequi, cum autem negant ea quicq̄ ad beatam uitam pertinere, rursus naturam relinquunt. Atq; adhuc ea dixi causa, cur zenoni non fuisset, q̄obrem a superiorum autoritate discederet. Nūc reliqua uideamus, nisi aut ad hæc cato aliquid dicere uis, aut nos iam lōgiores sumus. Neutrum uero inquit ille. Nam a te perfici istam disputationem uolo, nec tua mihi oratio longa uideri potest. Optime inq̄. Quid enim mihi potest esse optatius q̄ cum catone omnium uirtutum autore de uirtutibus disputare? Sed primum illud uide, grauissimam illam uestram sentētiam quæ ducit familiam. Honestum quod sit id esse solum bonum, honesteq; uiuere bonorum finem, communē fore uobis cum omnibus qui in una uirtute constituūt finem bonorum. Quodq; dicitis informari non posse uirtutem, si quicq̄ nisi quod honestum sit numeretur, idem dicetur ab illis quos modo nominaui. Mihi autē æquius uidebatur zenonem cum Polemone disceptantem, a quo quæ essent principia naturæ acceperat, a cōmunibus initiis progredientem uidere ubi primum insisteret, & unde causa controuersiæ nasceretur, non stātem cum his, qui ne dicerent quidem sua summa bona esse a natura profecta, ut iisdem argumentis quibus illi uterētur, iisdemq; sententiis. Minime uero illud probo quod cum docuistis (ut uobis uidemini) solū bonū esse quod honestū sit tum rursus dicitis, initia proponi necesse esse apta & accōmodata naturæ quorum e selectione uirtus possit existere. Non enim in selectiōe uirtus ponenda erat, ut id ipsum quod erat bonorum ultimum aliud aliquid acquireret. Nam omnia quæ sumenda, quæq; legenda, aut optanda sunt, inesse debēt

N summa cumulo:a:ceruo:fasti g.io. VIdesne:ponit exemplum epicu corum.Q VO spectare:tendere ad ipsam:scilicet uoluptatem:& declinare dolorem.SIT hoc ultimum bonorum:in summa uidelicet uirtutis: & bonorum corporis:atq; fortunæ:ut ueteribus placuit academicis:a quibus Zeno desciuit.Q VE officia: actiones naturæ cogruentes:ut primigenia conseruentur:& augeantur. ACTIOnes:curæ:atq; studia in his comparandis: quæ summam explent:& extremum bonorum.PROpositum:obiectum:& appetendum.OFFICII:conseruationis primorum secundum naturam. NON reperietis ;quoniam primigenia negligitis:& bonis non adnumeratis. HOC :principium . Q VEritis : desideratis : et non habetis : ea etenim queruntur:quæ non habentur : & questionis finis est ipsa inuentio.ET hi: aristonei philosophi: qui occurrentia quæcunque sequebantur:nullo rerum delectu adhibito : quapropter ad officii inuentionem aditum non habebant.REuertimini:post cōstitutionem summi boni:quod leuitatem sapit : & inconstantiam. AD naturam:ad ea egenda.quæ naturæ apta sint:& placita.NON esse uerum:decens:et cōgruum : sic apud horatium. Q uos ultra :citraque nequit cōsistere uerum : mentis opus est ueritas : appetitio mentem sequens ipsum bonum amplectitur: quod & uerum dicitur. Id uero:quod reiicit:malum dicitur : & falsum : hæc etenim sibi inuicem cedunt : & pro eodem accipiuntur : est autem inquit aristoteles in sexto moralium: id in appetitu persecutio . & fuga : quod est affirmatio : negatioque in mente ;nec non actuosæ mentis ueritas consentanea est appetitioni rectæ. ALIunde : a sola uirtute : ac mentis absolutione. ASb : a primis secundum naturam . VNAM RAtionem:scientiam :modum uiuendi:ac uiam qua utrunque compræhenditur : ut ex omnibus naturæ bonis una fiat summa . EXPLOsa : reiecta . PROPENSIONEM : inclinationem:pondus · MOMENTI : uirium deuergentiæ : efficaciæ . EA RES : quæ esset præter uirtutem. AD APPETITIONEM autem rerum : sensus est ex opinione stoicorum : quam ipsa natura refellit. Res ipsæ inter uirtutem:ac uitium positæ : quarum usu indiget uita: non faciunt beatam uitam : cum boni apellatione non habent:& uim : sed tantum mouent appetitum pro conseruatione naturæ : ac status : quam rem omnes appetunt animantes . In his :idest medus : nec uirtuti : nec uitio adnumeratis : sed in differentibus ex opinione stoicorum. MOmenta:uires : efficatiam . Q VASI uero:hæc est nota:quam tali sentétiæ innuit natura : & ueritas ipsa : quoniam ipsa rerum appetitio recta tendit ad summum bonum : & hæc non separantur:ut Zenoni placuit . PERtineret : spectaret:tenderet : ac referretur ad ipsum extremum :ad quod recte ascenditur a naturali principio per ipsius naturæ gradus . Minus consentaneum : idest magis absurdum :& a ratione alienius. COGNITO summo bono : uirtute ipsa : & honesto. OFFICII : conuenientis actionis:& decentis. NON enim: damnat hunc regressum Cicero : ut supra egit : de selectione:atque uirtute : docetque præpostero ordine : ut stoicos : res etenim naturæ congruentes mouent appetitionem:& actionem :& non ratio:idest natura :uis:& proprietas ipsius actionis : aut officii:quod ideo quis fungitur :ut prima naturæ conseruet : tueatur:augeat:& ipse finis agentem mouet . AB HIS : quæ naturæ conueniunt : aptaque sunt. NVNC uenio : aceruale m rationem : qua stoici concludebant . Solum id esse bonum: quod honestum : reprehendit Cicero . CONsectaria : idest præuia : & ad ipsam ueritatem acute : breuiterque ducentia : idest aceruales rationes : in quibus particulæ se inuicem sequuntur : sed uitiosum est hoc argumentandi genus . OPLVMBEVM : hebes obtusum : idest nullius acuminis consectarium : & pugionem appellauit ad ipsam breuitatem aceruali s teli : & argumentationis respiciens . PRIMVM ILLVD: omne scilicet bonum esse laudabile:quoniam bona utilia diuersum habent genus a laudabilibus:idest honestis ex ueterum academicorum sententia.NON EST opus secundo:quoniam breuior potest esse sorites:cum idem significet honestum:quod ui sua :& natura laudabile: igitur si omne bonum est laudabile: omne bonum est hon stum.

in summa bonorum,ut is qui eam adeptus sit,nihil præterea desideret. Vides ne,ut quibus súma est in uoluptate perspicuum sit quid his faciendum sit,aut non faciendum?ut nemo dubitet corú omnia officia quo spectare,quid sequi,quid fugere debeant. Sit hoc ultimú bonorum,quo nunc a me defenditur, apparet statim, quæ sint officia,quæ actiones. Vobis aút quib⁹ nihil est aliud ꝓpositú nisi rectú,atq; honestú unde officii,und' agendi principium nascatur nó reperietis? Hoc igitur quæritis omnes, & hi qui quodcunq; in mentem ueniat, aut quodcunq; occurrat se sequi dicent,& uos ad naturam reuertimini, quibus natura iure responderit, non esse uerum aliunde finem beate uiuendi a se principia rei gerendæ peti. Esse.n. unam rationé,qua et principia rerum agendarum,& ultima bonorum continerel,atq; ut Aristonis esset explosa sententia, dicentis nihil differre aliud ab alio,nec eé res ullas ꝑter uirtutes,& uitia,iter quas quicquá omnino iteresset,sic errare Zenonem,q nulla in re nisi in uirtute aut uitio ꝓpensioné ne minimi quidem momenti ad summú bonum adipiscendú eé diceret. Et cú ad beatá uitam nullú mométú ea res haberet, ad appetitionem aút rerum esse i his momenta diceret,quasi uero hæc appetitio nó ad súmi boni adeptionem pertineret. Q uid át minus consentaneum est,quamq; aiunt cognito summo bono reuerti se ad naturam,ut ab ea petant agendi principium,idest officii?Non enim actionis,aut officii ratio impellit ad ea quæ secundum naturam sunt appetenda. Sed ab his,& appetitio,& actio cómouetur. Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas, & primum illud quo nihil potest esse breuius.Bonum omne laudabile, laudabile autem omne hóestum, igitur omne bonum honestum.O plumbeum pugionem. Q uis enim tibi illud concesserit,quo quidem concesso nihil est opus scd'o.Si.n.omné bonú laudabile é,omne hóestú est bonú.Quis tibi ergo istud dabit ꝑter Pyrrhoné, Aristoné

Veritas ē opus ſmētis.

Res quæ appetitionē moueant.

EORVM similes: quasi consectaneos: & in eadem haeresi permanentes. FAMilia: disciplina ueteris academiæ: quæ tria genera bonorũ professa est: posuit.ꝗ gradus. In imo: externa in medio corporis: in supremo animi & rationis. GLOriam: nominis celebritatem. ET hi qdem: sensus est. Academiq ueteres: & peripatetici: ꝗuis altissimum gradum tribuunt uirtuti: tamen habent alia bona præter ipsam: & licet e triplici genere bonorum cumulent finem tamen duo minima esse dicunt comparatione uirtutis. Qui autem nullo loco uirtutem numerant: & in uoluptate suum bonum ponunt: multo minus concedent: omne bonum esse honestum. ITa sic. & tali conditione. CARneadeum finem: in primigenus uidelicet. EX Eodem genere: sorte: atq; natura: ut est uoluptas: & doloris uacuitas. Ebricere: cõcludere. SORites: aceruatis ratio: & consectarium. VItiosius: fallacius: & captiosius. RELiqui gradus: quod laudabile honestum: quod honestum gloriatione dignum. In lucullo urgens cicero nouos academicos dicit: & primum quidem hoc reprehendendum: quod captiosissimo genere interrogationis utantr quod genus minime in philosophia probari solet: cum aliquid minutatim: & gradatim additur: aut demitur. Soritas hos uocant: qui aceruum efficiunt uno addito grano uitiosum sane: & captiosum genus. IN Hoc resisto: nego esse laudabile: quod expetendum. MINime consectanium: idest non præuium ad ueritatem: non acutum. HEBES: obtusum nullius acuminis: aut ductus ad ipsum uerũ. NOMinum: honestu: atq; laudabilis. DABit hoc concedet: quasi dicat non. ILLa gens: familia ueteris academiæ. FINIendo: terminando: & constituendo. SI: quamq̃. DVCENdum: existimandũ: & habendũ. ILLi: aristippei: & epicurei. Equidem in omnibus istis: sensus est: philosophia dux uitæ habetur: qui eam tractat: & magisterium uitæ profitetur: auditorum utilitatem spectare debet non contentiones uerborum: & inanes de sute aliucius appellationis: aut conclusionis controuersias: quæ mores deprauant: nõ emendant & sic de moribus disserẽdum est: ut qui audiunt: facile percipiant fiantq; meliores aliter huius disciplinæ: cuius ipsa actio finis est: nulla esset utilitas Non enim audiẽda tantũ sunt philosophica præcepta: & instituta: sed agenda. Quidam inquit Aristoteles in secundo moralium: non agunt ad sermones autem confugientes philosophari se putant: & studiosos hoc modo fieri: atq; perinde: ut ægroti faciunt: qui medicos quidem diligenter audiunt: nihil autem eorũ agunt: quæ præcipiuntur ab illis. Vt igitur illis corpus non bene habebit: si sic curantur: sic ne his animus plane: si ita philosophantur. PHILOsophia: uitæ scilicet magistra: & parente. ET NOBIS: philosophiæ professoribus: & morum doctoribus: & autoribus. VITam: uiuendi rationem. CONsilia: iudicia: quæ prudentiam sequi debent: non malitiam: & iniquitatem. VOLuntates. studia: curas: & appetitiones: quæ rationi parere debent. NON uerba modum loquendi: & congruitatem orationis: & cetera id genus deliramenta nugis redundantia: grammaticorum concertationibus aptiora: q̃ philosophorum institutis. QVIS enim: ostendit inutilem esse moribus: & eruditioni breuem: & acutam argumentandi uiam: & contorta uerborum præstigia. DE SENTentia decedere: mutare opinionem: & suasionem recipere: cum nihil explicent: nihil doceant. SPECtant: respiciunt: & audiendum illis esset: cur dolor non sit in malis. ASperum: acerbum. FRAus: deceptio. IMprobitas: iniquitas. MALitia: uafrramentũ. CVLpa peccatum: delictũ. TVRpitudo: dedecus. VT: quãuis nõ rideat: ut par esse t audiẽdis his ineptiis tonibus: & futilibus causis. FIRmior: animosior: & fortior. MAlum malã rẽ: ac per hoc uitiosam. VIX ferendũ: toleratu difficilẽ. LAbet: mutet: cadat: labefactet.

Soritæ q sint.

Dictuz a ristotelis.

eorum ue similes, quos tu non probas? Aristoteles Xenocrates tota illa familia non dabit. Quippe qui ualitudinem uires, diuitias, gloriã, multa alia bona esse dicant laudabilia non dicant. Et hi quidem ita nõ sola uirtute finem bonorũ contineri putant, ut rebus tamen omnibus uirtutẽ anteponant. Quid censes eos esse facturos, qui oĩno uirtutẽ a bonorũ fine segregauerunt, Epicurũ Hieronymum, illos etiã qui carneadeũ finem tueri uolunt? Iam aut Callipho, aut Diodorus quomodo poterunt tibi istud cõcedere, qui ad honestatẽ aliud adiũgatur, quod ex eodem genere nõ sit? Placet igitur tibi Cato, cũ res sumpseris nõ cõcessas, ex illis efficere quod uelis? Iam ille sorites quo nihil putatis esse uitiosius, qđ bonũ sit id esse optabile, qđ optabile id est expetẽdum quod expetendũ laudabile, deinde reliqui gradus. Sed ego i hoc resisto. Eodem.n. modo tibi nemo dabit, qđ expetẽdũ sit, id esse laudabile. Illud uero minime cõsectaniũ, sed i primis hebes illorũ scilicet noĩum gloriatione dignã esse beatã uitã, quæ nõ possit sine honestate cõtingere, ut iure quisq̃ glorieť. Dabit hoc Zenoni Polemon magister eius? & tota illa gens, et reliqui q uirtutẽ oĩbus rebus multo anteponentes adiungunt ei tamen aliqd sũmo in bono finiendo. Si.n. uirtus digna est gloriatione (ut est) tantũq; præstat cæteris rebus ut dici uix possit, & beatus esse poterit uirtute una præditus carẽs cæteris, nec tamẽ illud tibi cõcedet, præter uirtutẽ nihil in bonis esse ducendũ. Illi aũt qbus summũ bonũ sine uirtute est, ñ dabũt fortasse uitã beatã habere i quo iure possit gloriari. Et si illi qdẽ etiã uoluptates faciũt interdũ gloriosas. Vides igiť te aut ea sumere, quæ non cõcedanť; aut ea, quæ etiã concessa te nihil iuuẽt. Equidẽ in oĩbus istis cõclusiõib⁹ hoc putarẽ philosophia nobisq; dignũ, & maxime cũ summũ bonũ quæremus uitã nostrã, consilia, uolũtates, nõ uerba corrigi. Quis.n. potest istis, quæ tu ut ais breuib⁹ delectari, & acutis auditis de sñia decedere? Nam cũ ea spectant, et habẽt audire, cur dolor malũ nõ sit, dicunt illi asperũ esse dolorẽ molestũ odiosũ, cõtra naturã difficilẽ toleratu, sed qa nulla sit in dolore, nec fraus, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, nec turpitudo nõ eẽ illud malũ. Hæc q audierit ut ridere nõ curet discedet tñ nihilo firmior ad dolorẽ ferẽdũ q̃ uenerat. Tu aũt negas quẽq̃ fortẽ esse posse, q dolorẽ malũ putet. Cur fortior sit, si illud qđ tute cõcedis, asperum, & uix ferendũ putabit? Ex rebus.n. timiditas nõ ex uocabulis nasciť. Et ais si una littera cõmota sit, fore tota ut labet disciplina. Vtrũ igitur tibi literã uideor, an

TOtas paginas:omnem stoicorum rationem:& quam tu indissolubilem reris cathenam. VT enim:q̄uis inquit cicero:magna uideatur esse constantia in dogmate ac postrema primis respondeant:tamen quia falsum primum est cōsequens ut uerum:& consonum rationi habendum non est:quod cum destruit:præcedens labefactetur necesse est. APta iuncta. COnnexa:quasi conglutinata & ferruminata. NON debemus persequi:consequentia ipsa: siue postrema tenere:ut uera. PRofecta:orta a falsis propositionibus:& opinionibus. COngruant sibi:constent. atq̄ conueniant:siue consentanea sint:& inuicem nil discrepent. A Proposito:a fine constituto:& re:quæ probanda proponitur:propositum proprie dicitur mētis intentio: & destinatus finis:& idem est ad propositum uiuere:& ad finem animal ratiōis expers ad propositum non uiuit:sed sensum sequitur ducez:ac rei appetitæ iudicem:& uita sine proposito uaga est atq̄ incerta. COnstitutione:ordinatione finis:atq̄ propositi:ad quod omnia referuntur:hoc autē philosophiæ quasi fundamentum: quo male iacto:& solidato:deterius quæcunque adduntur: corruāt necesse est;quod zenonio decreto accidit: quoniam a natura recessit:corpusq̄ reliquit:& iccirco iure incessitur ab eo qui in omni disciplina probabile sequitur:& tenet: idem in lucullo dicit duo hæc sunt maxima in philosophia :iudicium ueri:& finis bonorum:nec sapiens esse potest:qui aut cognoscendi initium ignorat:aut extremum expetendi:ut aut unde proficiscatur:aut quo perueniendum sit:nesciat. COnstare:existere:informari prudentiam in homine:si tam multa ad suā constitutionem requirerentur:ut opinatus est zeno:PErspicua:euidens:& clara. NON autē hoc: negatur consequens:ergo & antecedens. SEnsus cuiusque:iudicium omnium : & singulorum ostēdit falsa esse stoicorum cōsequentia:& ab illis primis pendentia:horatius deridet stoica paradoxa dicēs:quis paria esse fere placuit peccata laborāt: cum uentum ad uerum est:sensus: moresq̄ repugnāt:atq̄ ipsa utilitas:iusti prope mater:& æqui. NAtura rerū:qualitas:pprietas:& differētia rerum:in qbus peccat̄:ut peccata oia n̄ possint esse paria:nec uincet:ratio inquit horatius: hoc tantūdē:ut peccet:idēq̄ qui teneros caules alieni fregerit horti:& qui nocturnus sacra diuum legerit. ADduci:trahi in hāc opinionē:& credulitatem. EXæquaret:pares esse diceret:& nullū habere discrimen. Zenolus:macilentus zeno:& quasi monogrāmus:fuit enim zeno:ut scribit laertius:gracili corpore:atraq̄ cute:hac diminutiōe:ad minutulas zenonis sentētias:uerborūq̄ angustias allusit cicero. CItieos:zenonios a te defensos in causa:ut a patrono clientes:citiū urbs cypri patria zenonis. PRofectos:habuisse originem a loco poetis quondā dicato:ut mirum nō sit:cur multa nouauerit:& finxerit:philosophatus etenim est athenis i poecile:idest uaria porticu:unde inqt laerti⁹: stoici dicti sunt sectatores zenonis:q ab ipso pri⁹ zenonii appellabant̄:siqdē & ante illū:q illic uersabant̄:poetæ dicti sūt:ut scripsit heratosthenes in octauo de antiqua comedia. ACutis:sollertis ingenii :& pspicacis. CAusam:negociū:& sniam nimis austerā. REpugnante:cōtraducēte ipsa ueritate:qm̄ rerū natura nō perinde est exeqnata:ut opinat⁹ est zeno:& recte facta gradus habēt:atq̄ peccata:& inter optime ualere:ac pessime ægrotare:maximū est discrimen:& humana felicitas: accessione q̄uis minimā:semp pōt crescere. VErsare:mutare. APtæ:adūctæ:decētes. HAbiles:cōuenientes:utiles. ACcōmodatæ:idoneæ:cōsentaneæ. COmmodi⁹:utili⁹. NAtura ipsa:naturali proprietate:ac dote. COmmoda:utilia:& habilia. CAusa:sorte:& conditione. HVIC:dionysio. ILLI:platoni. TOLERABILIA:facilia : & minora : ut tolerari possint. OFFICII:conuenientis actionis. NVMEROS:cōditiones requisitas ad decorum officii. ALITER:alio modo:aliisq̄ uerbis. ATq̄:q̄ cæteri phi.

Proposi-tū qd sit

Zeno q fuerit.

totas paginas cōmouere? Vt enī sit apud illos id quod est a te laudatū ordo rerꝫ cōseruatus, & oīa inter se apta & cōnexa, (sic enī aiebas) tn̄ pseq nō debem⁹, si a falsis principiis pfecta cōgruāt ipsa sibi, & a pposito nō aberrēt. In prima igit̄ cōstitutiōe zeno tuus a natura recessit. Cūq summū bonū posuisset in ingenii pstātia, quā uirtutē uocamus, nec quicq̄ aliud bonum esse dixisset, nisi quod esset honestum, nec uirtutem posse constare, si in cæteris rebus esset quicq̄ quod aliud alio melius esset, aut peius, his propositis tenuit prorsus consequentia. Recte dicis (negare enim non possum) sed ita falsa sunt ea quæ cōsequuntur, ut illa e quibus hæc nata sunt, uera esse non possint. Docent enim nos (ut scis) dialectici, si ea quæ rem aliquam consequantur falsa sint, falsam illam ipsam esse quam sequantur. Ita fit illa conclusio non solum uera sed ita perspicua, ut dialectici ne rationem quidem reddi putent oportere. Si illud hoc, nō autem hoc, igitur ne illud quidem. Sic consequentibus uestris sublatis, prima tolluntur quæ sequuntur. Igitur omnes qui non sunt sapientes æque miseros, sapientes omnes summe beatos esse. Recte facta omnia æqualia, omnia peccata paria. Quæ cum magnifice primo dici uiderentur considerata minus probantur. Sensus enim cuiusq & natura rerum, atq ipsa ueritas clamabat quodammodo non posse adduci, ut inter eas res quas zenō exæquaret nihil interesset. Postea tuus ille zenolus (scis enim citieos clientes tuos a poetica profectos) homo igitur acutus causam non obtinens repugnante natura uerba uersare cæpit. Et primum rebus his, quas bōas dicimus concessit, ut haberentur aptæ, habiles, & ad naturam accommodatæ, faterique cæpit sapiēti idest summe beato, commodius tamen esse, si ea quoq habeat, quæ bona non audet appellare, natura ipsa commoda esse concedit, negatq Platonem (si sapiens non sit) eadem esse in causa qua Tyrannū Dionysiū. Huic mori optimum esse propter desperationem sapiētiæ, illi propter spem uiuere. Peccata autem partim esse tolerabilia, partim nullo modo, propterea q alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officii præterirent. Iam insipientes alios ita esse ut nullo modo ad sapientiam possent peruenire, alios qui possent, si id gessissent, sapientiam consequi. Hic loquebatur aliter atq omnes, sentiebat idem quod cæteri. Hæc uero minoris æstimanda ducebat ea, quæ ipse bona negaret esse, q̄ illi qui ea bona esse dicebant. Quid igitur uoluit sibi qui illa mutauerit? Saltem aliquid de pondere detraxisset & paulo

minoris æstimauisset ea q̄ peripatetici, ut sentire quoq; aliud, non solū dicere uideret. Quid de ipsa beata uita, ad quā oīa referunt, q̄ dicitis? Negatis eā esse q̄ expleta sit oībus his reb⁹ quas natura desideret, totāq; eā in una uirtute ponitis. Cumq; oīs cōtrouersia aut de re soleat, aut de noīe esse, utraq; earū nascit, si aut res ignoratur, aut erratur in noīe. Quorū si neutrū est, opa dāda est, ut uerbis utamur q̄usitatissimis & q̄maxime aptis idest rē declarantibus. Num igitur dubiū est, quin si in re ipsa nihil peccatur a superioribus, uerbis illi commodius utantur. Videamus igitur sentētias eorum, tum ad uerba redeamus. Dicūt appetitionem animi moueri, cum aliquid ei secundum naturam esse uideatur, omniaq; quæ secūdum naturam sint æstimatione aliqua digna, eaq; pro eo quantum in quaq; sit ponderis esse estimanda, quæq; secundum naturam sint, partim nihil habere in sese eius appetitionis de qua sæpe iam diximus, quæ nec honesta, nec laudabilia dicantur, partim quæ uoluptatem habeant in omni animante, sed in homine rationē etiā. Ex eis quæ sint apta, ea honesta, ea pulchra, ea laudabilia. Illa autem superiora naturalia nominantur, quæ coniuncta cum honestis uitam beatam perficiant & absoluant, omnium autem eorum commodorum quibus non illi plus tribuerunt qui illa bona esse dicunt, q̄ zeno qui negat, longe præstantissimum esse, quod honestum esset atq; laudabile. Sed si duo honesta præposita sint, alterum cum ualitudine, alterum cum morbo, non esse dubium ad utrum eorum natura nos ipsa deductura sit, sed tamen tantam uim esse honestatis, tātumq; eam rebus omnibus præstare & excellere, ut nullis nec suppliciis, nec præmiis dimoueri possit, ex eo q̄ rectum esse decreuerit, omnia quæ dura, difficilia, aduersa uideantur, ea uirtutibus his quibus a natura essemus ornati, aptari posse, non faciles illas quidem nec contemnendas. Quid enim esset in uirtute tantum? Sed ut hoc iudicaremus non esse in his partem maximam positam beate, aut secus uiuendi. Ad summam ea quæ zeno æstimanda, & summēda, & apta naturæ esse dixit, eadem illi bona appellant. Vitam autem beatam illi eam quæ constaret ex his rebus, quas dixi, aut plurimis, aut grauissimis, Zeno autem quod suam, quod ꝓpriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat, beatam uitam eam solam, quæ cum uirtute degatur. Si de re disceptari oportet, nulla mihi tecum cato potest esse dissensio. Nihil est enim de quo tu aliter sentias, atq; ego, modo cōmutatis uerbis ipsas res cōferamus, nec hoc ille nō uidit, sed uerborum magnificētia est & gloria delectatus. Qui si ea quæ dicit,

ITA

MINORIS æstimanda: minoris æstimationis: idest ponderis: & prætii. DE Pondere: grauitate rei: & indicatura. SENtire: iudicare: opinari: sententiā q̄ diuersam habere. EXpleta: cumulata rebus omnibus: aut maximis naturæ congruentibus: & necessariis. CONtrouersia: contentio. APtis: propriis. IN re ipsa: sententia: & opinione. COMmodius. aptius. DIcunt appetitionem: ponit sententias ueterum academicorum cicero: ut doceat re zenonem cum his conuenire: ac uerbis tantum discrepare: quod cato negauerat. SEcundum naturam: aptum naturæ: ac eius usibus necessarium: plura siquidem ad sui status conseruationem requirit. ESTimatione: indicatura: prætio aliquo uel numero. PRO EO: idest pro ratione ponderis: quod in se habent: & momenti. talia quippe magnum sortita sunt discrimen. Nihil habere appetitionis: quoniam nihil refert: sint talia: uel non sint: ut in corpore coma nigra: uel flaua: cesii oculi: nasus rectus: aquilinus: an simus: & cætera id genus: in extrinsecis uana multa: quibus natura facillime potest carere: unde dixit horatius: corruptus uanis rerum: quia ueneat auro: rara auis: & picta pandat spectacula cauda: tanquam ad rem attineat quicq̄. Num uesceris ista: quam laudas pluma: cocto num adest honor idem. VOluptatem: sensuum delectationem: & gustatus in primis: atq; tactus: qui communissimus est. ETiam rationem: iustam causam: quare appetantur: pro conseruatione scilicet indiuidui: & speciei: talisq; actus rationis terminos egredi non debet: ne uitium fiat. APTA: decora: & conuenientia in primis. ILLA superiora: æstimatione aliqua digna. NATuralia: naturæ commoda: illiq; necessaria. CVM honestis: uirtutibus. PERficiant: cumulent. ABsoluant: quasi fastigium imponant: expleantq; summam. ILli: ueteres academici. NON plus tribuunt: nō pluris æstimant q̄ zeno: qui cōmoda & producta nominat non bona. AD utrū eorum: idest ad id honestum: quod adnexam habeat ualitudinem: quoniam bonum quacunque accessione fit maius. VIM: robur: & efficaciam. DECreuerit: iudicauerit esse honestum: & omnī ratione cōseruandum: ne perdatur decorum. DVRA: aspera. DIfficilia: ardua. ADuersa: contraria: & naturæ inimica. APTari: coniungi: ut his toleranda: & pro decoro seruando sustinenda erecto animo. FACIles: tolerabiles: lenes: & mites. COntemnendas: uiles. QVid tantum: quasi dicat uirtus parui esset roboris: si tantum circa res faciles: & nullius momenti uersaretur: quoniam circa difficile ars omnis uertitur: & uirt⁹: quæ aliter fortitudo dicitur: & a uiro nomen mutuata est: iccirco & andria dicitur a græcis: quasi quædam uirilitas: & animositas circa difficilia: & ardua. IN his: naturalibus scilicet commodis: sed in ipsa uirtute: quæ ad beatam uitam summum habet robur. AVT Secus: aliter: idest infeliciter uiuendi: quod uitium efficit maxime. AD summam: denique: tandem. EX his rebus: idest honestate: naturalibusq; commodis. GRAVissimis: maximæ æstimationis. SVam: peculiarem: & nō communem cum aliis. PROpriam: ueram. SPEciem: formam: & apparentiam ita dixerim: quale est omne honestum: quod sit laudabile natura: & quod semper prosit. DE RE: materia ipsa: & sententia. COnferamus: comparemus: & differendo communicemus. COmmutatis: transpositis appellationibus: quæ differentiam efficiunt: non ipsæ res. NEC NON VIdit: cognouit: & intellexit: non esse in re controuersiam: si nomina cōmutata fuissent. MAgnificentia: splendore: qm̄ maximā uiꝫ uirtutis zenonia appellatio ꝓse ferebat.

Actus rōnis terminos non egrediēs.

Ars omnis circa difficile uertiť.

ITA Sentiret: sic opinaretur de rebus: & ita iudicaret: ut uerba sonare uident inter zenonis decretum: & pyrrhonium: atq; aristoneum nihil interresset: illi siqdem omne sustulerunt rerum discrimen. NON probabat: non tenebat ut nature desertoris: & ipsius deniq; uirtutis: quæ nulla esse potest: ubi nullius est rerum delectus: aditus qppe non patet ad officium. Q Vid attinuit: quasi dicat: non decuit. RE: sententia. CONueniebat: cōgruebat: concors erat ipsis ueteribus. VErbis: rerum notis: & appellatiōibus. DIScrepare: dissentire. PLatonici. speusippus: xenocrates polemo: crantor: aristoteles: eiusq; familia. DEInceps: successiue. NOS cum te: facit cicero Idolopeiam: idest fictionem simulachrorum: quæ de rebus a se inuentis agant cum catone stoicæ familiæ patrono. STudiosissimum: cupidissimum eius scientiæ: quæ ueritatem profitetur. OPTimum: æquissimum: & prudentissimum. REligiosissimum: integerrimū & a religione nunq̄ alienum. Vnde pericles cum amicus euz rogaret: ut pro se: causaq; eius falsum deieraret: respōdit: autore gellio: opus est me amicis commodare: sed us. q; ad aras: uel ut refert plutarchus: usq; ad aram sum amicus. SPEcie: aspectu: fronte. EXplicata: patefacta: declarata: euoluta. PRopriis: aptis: & suis. AVTonitas: excellentia ipsius autoris: & doctoris. NEScio quem illum: z. nolum obscurum hominem: & cyprium non atticum. IN Re. pu. in ciuilibus honoribus: & magistratibus. PRINceps: summus. TVENdam: agendam: & guebrnandam. DIGNItate: gloria: & decoro. INSTrui parari: & rationibus tanq̄ instrumentis ad id necessariis excoli: & muniri. Q VEsita: nestigata: inuenta: quoniam ante socratem: & platonem talia non quærebant: sed mathematica: & naturæ uenatio: interpretatioq; DESCRipta: designata. NOTata: obseruata: & propriis notis distincta: ut est monarchia: uni⁹ uidelicet principatus: qui si bonus est. Rex dicitur: sin malus tyrannus. Aristocratia status optimatium: qui degenerat in oligarchiam: idest paucorum principatuz: quæ communi nomine appellatur res publica: census uidelicet potestas: quæ in popularem delabitur: hec uberrime tractantur a platone: & Aristotele in politicis libris: & ciuili ratione. Præcepta: in præceptorum: & præscriptionum formam redacta. RECTiones: uias regendi: & modos. GENEra: species: siue formas. STATus: conditiones: qualitates. MVTationes: labes: & alterationes. LEGes: normulas litteris mandatas. INStituta: decreta: ordinationes. MOResritus: & consuetudines. PRINcipibus: nobilibus: magistratibus: rectoribus: ut eloquii nitore: ac ui regnent in populorum affectib⁹. Icirco hesiodus in theogonia: calliopen: idest rhetoricen regibus adherere finxit. EX MONiMentis: documentis: atq; præceptis. DICTauisses: præscripsisses. LOci: spatii: ac temporis. AT Q uidcerte. AVToritate: æstimatione. VIDissent: cognouissent. PER Specta: intellecta. SENSISSe: sententias habuisse ualidiores: & constantiores: quoniam summum tribuerunt uirtuti robur: cuius neruos eliserant ueteres multum tribuentes fortunæ: & ipsam q̄ si dominam beatæ uitæ constituentes quam stoici omnino repudiarunt. Q VIPPE qui: recenset inuenta stoicorum cicero agens illorum causam academica libertate catonis nomine. NEq; pluris: non maioris prætii: et iudicaturæ. ILLis: ueteribus academicis: & est sensus. Valere in bonis non ducitur a stoicis. Verum non paruo æstimandum: idest magnifaciendum: tamen hac appellatione nō plures dotes tribuunt ualitudini q̄ illi adscribant: qui bonuz nominabant.

Periclis dictum.

Hesiodi fictio.

ita sentiret, ut uerba significant, quid inter eum, & uel Pyrrhonem, uel aristonem interesset? Sin autem eos non probabat, quid attinuit cum his, quibus cum re cōueniebat, uerbis discrepare? Quid si reuiuiscant Platōici illi, & deinceps illi, qui eorum auditores fuerunt, & tecum ita loquantur. Nos cum te M. Cato studiosissimum philosophiæ, iustissimum uirum, optimum iudicem religiosissimum testem audiremus, admirati sum⁹ quid esset, cur nobis stoicos anteferes? qui de rebus bonis & malis sentirent ea, quæ ab hoc Polemone Zeno cognouerat nominibus uterentur his, quæ prima specie admirationem, re explicata risum mouerent. Tu autem si tibi illa probantur, cur non propriis uerbis illa tenebas? Sin te autoritas cōmouebat, nobis ne omnibus & Platoni ipsi nescio, quem illum anteponebas præsertim cum in repub. princeps esse uelles, ad eandem tuendam cum summa tua dignitate maxime a nobis ornari atq; instrui posses? Nobis enim ista quesita, a nobis descripta, notata p̄cepta sunt. Omniumq; rerumpub. rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam, & instituta, ac mores ciuitatum descripsim⁹. Eloquentiæ uero quæ & principibus maxime ornamento est, & qua te audiuim⁹ ualere plurimum, quantum tibi ex monimētis nostris addidisses? ea cum dixissent quid tandem talibus uiris responderes? Rogarem te īquit ut diceres pro me, tu idem, qui illis orationem dictauisses, uel potius paulum loci mihi, ut his responderem, dares, nisi et Te audire nunc mallem, & istis tamen alio tempore respōsurus essem, tum scilicet cum tibi. Atqui si uerū respondere uelles Cato hæc erant dicenda, non eos tibi non p̄batos tantis ingeniis homines tantaq; autoritate, sed te animaduertisse, quas res illi propter antiquitatem parum uidissent, eas a stoicis esse perspectas, eisdem de rebus hos tum acutius disseruisse, tum sensisse grauius & fortius. Q uippe q̄ primum ualitudinem bonam expetendam negent esse, eligendam dicant. Nec quia bonū sit ualere, sed quia sit non nihilo æstimandum. Neq; tamen pluris q̄ illis uideatur, qui illud non dubitant bonum dicere. Hoc uero te ferre non potuisse, quod antiq̄ illi (quasi barbati) ut nos d̄ nostris solēus dicere, crediderunt eius, q̄ honeste uiueret, si idē et bn̄ ualeret bn̄ audiret, copiosus eēt optabiliorē fore uitā meliorem q̄ et magis expetēdā q̄ illius, q̄ eq̄ uir bōus m̄ltis mōis eēt ut

Q VASI Barbati: idest rudes: ac simplices. Vnde Iuuenalis dixit: facile est barbato imponere regi: idest pronum fuit simplici antiquitati uerba dedisse: idest texisse sapientiam: finxisseq; brutam uitam. Dare uerba significat tegere: clam facere aliquid: & obrepere: ut apud quadrigarium interpretatur Gellius. DE NOSTris: latinis. BENE AVdiret: bonum haberet nomen; haberetur gloriosus. Is male audit: qui est infamis. COPIOSus: oppulentus.

Alcmeo q fuerit.

ENNII almeo: ab ennio in tragedia descriptus. Alcmeo filius fuit Amphiarai: & eriphiles: quā in ultionem patris interfecit: & ob id furore exagitatus multis incōmodis laborauit. Alcmeo apud euripidem sic loquitur. Q uæris parentem quomodo occidi meam. Sermo est breuis: non exitus longos habet. Volens uolentem: uel uolentem non uolens. CIRcumuentus: inuolutus: pressus. ACute: nō perinde ingeniose: ut stoici. IN Seligendo: in delectu rerum habendo. ACcōmodatior: aptior. AEque: pariter: & similiter nullo relicto gradu: aut discrimine. VIderunt: intellexerunt: quæ ueteres ignorarunt. Res aliquem fugit: quæ ignoratur: aut uenit in obliuionem. ARbitrabantur opinabant ipsi stoici: nullum esse discrimen inter sceleratos: & illos: qui nondum plane ad sapientiam: idest ad summam perfectiōem peruenissent quæ sentētia nimis præfracta est: absurda: & ferrea: quam similitudinibus ꝓbabant: quas negat cicero. SCElеribus: omnifariam flagitiis. PAricidiis: homicidiis: & cæde parentuꝫ. INquinatos pollutos. MISeriores: infeliciores. CASte: pure: pudice. INTegre: incorrupte: sancteq;. HOc loco parte: sententiaq; confirmanda. DISSImilimas: penitus alienas ab eo: quod similitudine probandum intendebant stoici: ergo cum similitudines nō essent: idem iudiciū subire nō poterant. EXalto: profunda aqua. NIhil enim: erat ratio stoicoꝝ a similitudine demersorum in aqua: & hoc simili progressum ad uirtutem faciebant nihili: quod a cicerone deinceps negatur. QVo minus: ut non. DEspecturi: uidēdi usuꝫ habituri: hoc erat aliud simile: quod dissimile penitus ostendet. CECum animo: insipiētem. AC: sicut crudelissimus tyrannus. ISta similia: negat cicero has similitudines: rei quippe: de qua agitur: non cōueniunt: sed hæ quas ponit: in qbus aliqua leuatio fit in dies. IN Eadem causa: cōditione. forte. EVaseris: exiueris liberatus fueris. HEbes: obtusa: et caligine obducta oculorum pupilla. LANguescit: debilitatem patitur. LEVant: cōualescunt quotidie magis: & exonerātur onere ipsius morbi: quo præmuntur. ERroribus: falsis opinionibus: & ꝓpius accedūt ad sapientiam. TYberium gracchum: qui censor libertinos rusticas tribus occupantes in quatuor urbanas distinxit: & sic cōposuit ciuiles discordias: quas filius tyberius gracchus in tribunatu postea excitauit: & senatoꝝ manibꝰ occisus est STabilire: cōfirmare. EVertere: labefactare. SApiens: pfectus: ut uolunt stoici. HOc. esse sapientē ad stoicā normā. STudebat: incumbebat uirtuti & gloriæ. DIgnitati: decoro boni: & prudentis

Drusi laus.

ciuis. DRusum: q fuit collega. C. Gracchi i tribunatu pro tuenda senatus autoritate: ob eximiā inquit Tranqllus i tyberio aduersus gracchos operam patronus senatus dictus est: filiū reliqt: quē in simili dissensiōe multa uarie molientē diuersa factio p fraudē interemit: hæc suetonius. Mater catonis liuia huiꝰ liuii drusi soror fuit: apud quē auunculuꝫ puer cato educatus est: autoribus plutarcho: & ualerio maximo i exemplis: hic drusus de quo nūc agiṫ maternus auus fuit catonis. ILle Liuius drusus: lege apud plutarchū in gracchis. IMPIetas & scelus. i. impietatis flagitiū: pessima uidelicet uolūtas in deū: patriā: & parētes. MISeros: infelices. INSIpientes: stulti hoies: atq; delirí EQVe: similiter. COnsulit: prouidet. LEuatio: imminutio: exoneratio. PROgressionis: pcessus per media officia: qbus tādē paraṫ uirtus. HOmines acuti: p ironiam hæc dicunṫ. OPErepræcium: fructuosum: & iucundū. SVmma: cumulus: pfectio Ad Virtutis summā hoc assumptū negatur a cicerone: qm̄ cum sit dubiū: probare non potest eius oppositum in eā partē: quā intendit: manifestū est siqdem imparia esse uitia: ut dictū est: quoniā magnū habent inter se discrimen ea: in qbus peccāṫ. Negat igiṫ cicero cōsequēs. ut falsum arguat antecedens. PERspicuis: euidentibus: opposito siqdē ordine uerꝫ esset cōsequēs: & perspicuis dubia aperirenṫ: uidelicet uitioꝝ summum crescere potest: ergo & uirtutum: quæ uitiis contrariæ sunt.

Enii Alcmeo circūuentus morbo, exilio, atq; inopia. Illi igitur antiqui non tam acute optabiliorem illam uitam putant præstantiorē beatiorē. Stoici aūt tantūmodo præponendā in seligendo, nō q beatior hæc uita sit sed q ad naturam accōmodatior. Et q sapientes nō sūt, oēs æque miseros eē. Stoici hoc uidelicet uiderūt, illos aūt id fugerat supiores, arbitrabantur hoies sceleribus, & paricidiis inqnatos nihilo miseriores esse q̄ eos, q cū caste, & itegre uiuerent, nondū pfectā illā sapiam essēt cōsecuti. Atq; hoc loco silitudines eas, quibus illi uti solent dissimillimas ꝓferebas. Quis. n. ignorat si plures ex alto emergere uelint, ꝓpius fore eos qdem ad respirandum, qui ad sūmam iam aquā appꝓpinquant, sed nihilo magis respirare posse q̄ eos, qui sunt in ꝓfundo? Nihil. n. adiuuat ꝓcedere, et ꝓgredi in uirtute, quo minus miserrimus sit, anteq̄ ad eam puenerit, qm̄ i aqua nihil adiuuat, & qm̄ catuli, qui iam despecturi sunt, cæci æque ut hi, qui modo nati. Platonē quoq; necesse est, qm̄ nōdum uidebat sapientiā æque cecū aio ac Phalarim fuisse. Ista similia nō sunt Cato in quibus q̄uis multū ꝓcesseris, tn̄ illud in eadē causa est, a quo abesse uelis, donec euaseris. Nec. n. ille respirat āteq̄ emersit, & catuli æque cæci priusq̄ despexerint, ac si ita futuri sp essent. Illa sūt silia, hebes acies est cuipiā oculoꝝ, corpe alius lāguescit: hi curatiōe adhibita leuanṫ in dies, alter ualet plus quotidie, alter uidet, hi similes sunt oibus q uirtuti student, leuanṫ uitiis, leuanṫ erroribꝰ, nisi forte cēses Ty. Gracchū patrē nō beatiorē fuisse q̄ filiū cū alter stabiliṙ rēp. studuerit, alter euertere, nec tn̄ ille erat sapiens. Quis. n. hoc aut qn̄, aut ubi; aut unē? Sed qa studebat laudi & dignitati multū in uirtute ꝓcesserat. Conferā aūt auū tuū Drusū cū. C. Graccho eiꝰ fere æquali. Quæ hic reip. uulnera iponebat, eadē ille sanabat. Sed nihil ē, qd tam miseros faciat, q̄ ipietas, et scelus ut iā oēs insipiētes sint miseri, qd ꝓfecto sūt, nō est tn̄ æque miser, q patriē cōsulit & is, q illā extinctā cupit. Leuatio igitur uitioꝝ magna fit his, qui habent ad uirtutem ꝓgressionis aliquantum. Vestri aūt ꝓgressiōem ad uirtutē fieri aiunt. Leuationē uitioꝝ fieri negant. At quo utūtur hoies acuti, argumēto ad ꝓbandum operæprecium est considerare. Quarum inquit artium sūma crescere potest, earum etiam cōtrariarum summa poterit augeri. Ad uirtutis autem sūmam accedeṙ nihil potest, ne uitia quidem igitur crescere poterunt, quæ sunt uirtutum cōtraria. Vtrum igitur tandem perspicuis, ne dubia aperiuntur, an dubiis

PER Spicua

perſpicua tolluntur? At qui hoc perſpicuũ eſt, uitia alia
in aliis eſſe maiora, illud dubiũ, ad id quod ſummũ bo
num dicitis, ecquænam fieri poſſit acceſſio. Vos autem
cũ pſpicuis dubia debeatis illuſtrare, dubiis pſpicua co
nanimi tollere. Itaq; ulus eadem ratiõe qua ſum paulo
ante uſus, hærebitis. Si eni ppterea uitia alia aliis maio-
ra ñ ſunt, qa ne ad finem quidẽ bonoꝝ eum quem uos
facitis, quicq̃ poteſt accedere, qm̃ perſpicuũ eſt uitia nõ
eſſe oĩum paria, finis bonorũ uobis mutãdus eſt. Tenea
mus enim illud neceſſe eſt, cum cõſequens aliquod fal
ſum ſit, illud cuius id cõſequens ſit, non poſſe eſſe uerũ
Quæ eſt igitur cauſa iſtaꝝ anguſtiaꝝ? glorioſa oſtẽtatio
in cõſtituendo ſũmo bono. Quid enim quod honeſtũ
ſit, id ſolũ bonũ eſſe confirmatur, tollitur cura ualitudi
nis diligẽtia rei familiaris adminiſtratio reipu. ordo ge
rendorum negocioꝝ officium uitæ. Ipſum deniq; illud
honeſtum, in quo uno uultis eſſe omnia, deſerendũ eſt.
Quæ diligentiſſime contra Ariſtonem dicunt a Chry
ſippo, ex ea difficultate ille fallaci loquelæ, ut ait Actius
malitiæ natæ ſunt. Quid enim ſapientia pedem ubi po
neret non habebat, ſublatis omnibus officiis. Officia au
tem tollebantur delectu omni, & diſcrimine remoto,
quæ eſſe poterant rebus oĩbus ſic exequatis, ut inter eas
nihil intereſſet. Ex his anguſtiis iſta euaſerũt deteriora
q̃ Ariſtonis. Illa autem ſimplicia, ueſtra uerſuta. Roges
enim Ariſtonem bona ne ei uideatur hec, uacuitas do
loris, diuitiæ, ualitudo neget. Quid quæ contraria ſunt
his? nihilomagis, Zenonem roges, reſpondeat totidem
uerbis, admirantes queramus ab utroq; quonã modo
uitam agere poſſimus, ſi nihil intereſſe noſtra putemus
ualeamus, ægri ne ſimus, uacemus, an eruciemur dolo-
re, frigus, famem ppulſare poſſimus, nec ne poſſimus?
Viues inqt Ariſto magnifice, atq; præclare, quod erit
cumq; uiſum ages, nunq̃ angere, nunq̃ cupies, nunq̃ ti-
mebis. Quod zeno, portenta hæc eſſe dicit, nec ea ratio
ne ullo modo poſſe uiui. Sed differre inter honeſtũ, &
turpe nimiũ. Quantũ? neſcio qd immenſum. Inter cæte
ras res? nihil oĩno intereſſe. Idem adhuc audi reliqua,
& riſum cõtine ſi potes. Media illa inqt inter quæ nihil
intereſt, tamen eiuſmodi ſunt, ut eoꝝ alia eligenda ſint
alia reicienda, alia omnino negligenda, hoc eſt ut eoꝝ
alia uelis, alia nolis, alia nõ cures. At modo dixeras nihil
ĩ his rebus eſſe in quod ĩtereſſet, et nunc idẽ dico inq̃s
Sed ad uirtutes, & ad uitia nihil intereſſe. Quis iſtud q̃ſi
neſciebat? Veꝝ audiamus iſta inquit, quæ dixiſti, ualere
locupletem eſſe non dolere, bona non dico, ſed dicam
græce proeugumena. Latine aũt pducta, ſed præpoſita
aut præcipua malo ſit tollerabilius, & mollius. Illa autẽ
morbũ, egeſtatẽ, dolorẽ, nõ appello mala, ſed ſi libet re
iectanea. Itaque illa non dico me expetere, ſed legere,
nec optare, ſed ſumere, contraria aũt nõ fugere, ſed q̃ſi

PERſpicua: clara. TOlluntur: quaſi obſcurant: & clara non eſſe dicuntur. AT q certe. AD id: uirtutẽ ipſam. EC qua: an aliqua adiunctio. HERebitis ancipites eritis: & quaſi circumuenti: & irretiti. QVem uos facitis: in ſola ſcilicet uirtute: quã ſolam boni noĩe hõeſtatis. MVtandis. i. talis ponẽdus: cui aliqd ſemp poſſit accedere: qualis eſt finis platonicæ diſciplinæ: & Ariſtotelicæ: quæ in ſequẽti libro latius deſcribetur: & euidẽtius. ANGuſtiarum: difficultatũ: & intricationũ: unde ſtoicũ dogma ſe nõ explicat. OSTentatio: iactantia: et magnificentia in cõſtitutione finis: quẽ ſola uirtute metimini: quapropter cætera oĩa uobis negligenda ſunt: quæ ſecundũ naturã ſunt: & bõa dicuntur a ueterib?. CVra: ſtudiũ. ADminiſtratio: gubernatio. ORdo: prudens diſpoſitio agendaꝝ reꝝ: ut decet: atq; oportet. OFficium uitæ: actio cõueniens naturæ: cura uidelicet corporis: ideſt uictus cuius noĩe illa oĩa intelliguntur: qbus uita ſuſtentatur: nõ excludendo ueſtitũ: & cætera id genus cõmoda. DESerendum eſt: qm̃ nullũ poteſt eſſe honeſtum: & decoꝝ: ubi nullus eſt delectus reꝝ: nulla prudentia: quæ reliquaꝝ uirtutũ forma: & habetur: & eſt. EX ea difficultate: abſurda: & inimica naturæ ipſius finis cõſtitutiõe. ILLæ FAllaci loquele: falſæ: & captioſæ enunciatiões extremi boni apud Nonium citantẽ hũc ciceronis locũ eſt ille fallaciloquẽtiæ. VT ait Actius: tragicus poeta. MAlitiæ: deceptiões: & uaframenta. QVid enim certe inqt in ſtoico decreto nullũ habet prudentia locũ. SVblatis: amotis actiõibus naturæ cõgruẽtib?. DElectu: ſelectiõe: ac differẽtia. EXequatis: partib?: & eiuſdẽ ſortis: qualitatiſq;. ANguſtiis inextricabilib? ſentẽtiis. ISta: ſtoicoꝝ placita. EMerſerunt: extiterũt. ILla ariſtonea. SImplicia: pura nõ: uafra. VErſuta: callida: et malitioſa. ADmirantes: quaſi in re noua ſtupẽtes: & ambigentes. QVomodo: qua uia: & arte: cũ nullus acceſſus relinquatur ad officiũ: eiuſq; inuentionem. MAgnifice: laute: & ſũptuoſe. PReclare honeſte glorioſeq;. QVodcunq; uiſum: libitũ: & placitũ citra diſcrimẽ aliqd. NVnq̃ angere: nõ cruciaberis animo: ſi egeris quodcũq; occurrerit: atq; libuerit. NVnq̃ cupies: nõ laborabis cupiditate rei melioris. Nunq̃ tiebis: nõ reformidabis qppiã amittere qm̃ media inter uirtutẽ et uitia nullũ habẽt diſcrimen. POrtenta: mõſtra: & ab ordine naturæ penitus aliena. eA Ratione: tali uia: & modo philoſophandi. NIhil omnino inter eſſe. i. nihil prorſus facere ad naturã uirtutis: & uitii: eorũq; augumẽtum: ſic. n. intelligebat zẽo: dicẽs: hæc media uirtuti cõparata. ne minimã qdem partẽ illius attingunt: ſed inter ſe collata gradus habẽt: atq; diſcrimen. NIhil intereſt: nullã habẽt differẽtiã: quoad uirtutẽ: oĩa ſiqdẽ extrema a medio exorbitãt: ſed unũ extremũ alio eſt uitioſius: & uitupabili? : ut auaritia pdigalitate collata: q̃uis ambo ad mediũ relata nihil differãt: & callida ratio ſtoicoꝝ oſtenditur: & ſimplex Ariſtonis. EIuſmodi ſunt: talis naturæ: ſortis: qualitatis. NEGligenda: cũ nihil in ſe habeãt æſtimatione dignũ: ut oculus niger: aut ceſius: & talia ad ſolidã: & genuinã corporis dignitatẽ nihil facientia. AD uirtutes: reſpectu uirtutũ: & uitioꝝ: quoꝝ naturã illa nõ attingũt: ſed inqt cicero: quod dicitis notum eſt omnibus: æquius autem fuiſſet ſimpliciter loqui: & nõ uti fallaciloquentia. Verum: ſed audiamus rationes: & cõmenta zenonis. MAlo: magis uolo: & cupio: ut hoc nomen ſit tolerabilius romanis: & mollius: ideſt iucundius: & aptius: qm̃ proegumentum: & productum eſt durum: & nõ terendũ: & ideo pPoſitũ dicamus: aut pcipuũ. ILLa: præcipua. EXpetere: tanq̃ bona. LEgere: eligendo pponere.

Appellatioe uict? quid.

Media nullũ diſcrimẽ habent.

SECERnere: relicere: separare. CON sistere: cõcinnere: cõcordem esse. RE: sententia discrepare. ET illis: platonicis CONueniat: constet: concordiaq; fit. VSitate: communibus uerbis: & ab usu non remotis. AVT doceat: demonstret ipse Zeno nouator uerbo℞: & logodedalus. PAratiorem: instructiorem: & munitiorem: siue constantiorem. DVXero: existimauero esse de numero bono℞. HOc loco: parte: atq; sententia. M. Piso: peripateticæ philosophiæ sectator. LOngius: porrecti⁹: idest maiorum uirium. & amplioris significationis. GRauius: ponderosius: & maioris æstimationis: atq; autoritatis. EX quo: idest unde habeat originẽ. Aristoteles in principio moralium dicit: quapropter bene ueteres bonũ ipsum id esse dixerunt quod omnia appetunt bona: ut inqt iuris peritus de uerborum significatione: naturaliter dicuntur ex eo quod beant: hoc est beatos faciũt: beare est prodesse. MAGnum: uirium magna℞: & longe: lateq; patentiũ. IN præpositis: in numero præpositorum. PRæ rectis: comparatione recto℞: & honestorum: idest uirtutum: & recte factorũ. Lætioribus: iucũdioribus: & felicioribus: cũ præposita nominat. HEc mala: quæ dicit reiecta. TRistioribus: infelicioribus. ALiquando: tandem. PRæstigiis: captiosis sententiis: & aciem iudicii eo℞: qui audiunt uirtutis splendore obtenebrantibus & illudentib⁹: natæ sunt uobis admirabiles opiniões: quæ a uestris paradoxa appellanť. REgna dicebat enim: solus sapiens rex. Imperator diues. TAntæ: tã magnæ: et amplæ. OMnia cõtraria Insipientes uidelicet esse seruos: deformes: mendicos: exules. INSanos: mente captos: & furiosos: omnes quippe stultos. i. hebetioris ingenii: & tardioris appellabãt insanos. PRopius accesseris: introspexeris: expẽderis: examinaueris. COnferam cõmunicabo. QVam rem: significationẽ: sententiam. COntrouersia: cõtentio. L. murena Ambitus a Catone accusatus est: & a Cicerone defensus: extat eius oratio: in qua stoicũ decretum: & rigorez deridet his uerbis in. M. Catone: iudices hec bona: quæ uidem⁹: diuina: & egregia ipsius scitote esse propria. quæ nonnunq̃ requirimus: ea sunt omnia non a natura: uerum a magistro: fuit enim quidam summo ingenio uir zeno: cuius inuentorum æmuli stoici nominãtur: huius sententiæ sunt etiam præcepta eiusmodi: gratia sapientem nunq̃ moueri. Nunquam cuiusq̃ delicto ignoscere. Neminem misericordem esse nisi stultum: & leuem. Viri non esse: neq; exorari: neq; placari: solos sapientes: etiam si distortissimi sint: esse formosos: si mendicissimi: diuites: si seruitutem seruiant: reges. Nos autem qui sapientes non sumus fugitiuos: exules: hostes: insanos deniq; esse dicũt omnia peccata esse paria: omne delictũ scelus esse nefarium. COronæ: circunstanti turbæ: atq; conuentui: ut fit in iudiciis. AGendum: tractandum differendum. QVonam modo: ob quã causam: qua ratione ostenditur: paria esse peccata. PErge sequere. POrro: deinceps. DE isto: an quicquam sit honesto honestius: & turpi turpius: qbusdam etenim gradus habere uidentur: quibusdam minime. Honestum siquidem in medio tanquã in puncto cõsistit: ipsa uero turpia plus & minus subire uidẽtur: cũ sint extrema. Iustitia deniq; inter actuosas uirtutes longior esse uidetur: & latior: cum sit ad alios: lege apud eundez Ciceronem in extremo primo de officiis. ARgumenta propria: peculiares rationes id ꝓbantes: ut uidetur stoicis & sunt a similibus. INquit: zeno. FIDibus: chordis musicis: siue neruis. CONTENTA Numeris: intenta: & tracta numerose: idest concinne: consoneque potest & neruis legi: siue neruis. CONCENTVM: consonantiam: & musicam proportionem. INContentæ: indispositæ: inconcinnæ. DISCRepant: a ratione dissonaatt: illiq; non cõgruunt. IGitur: deridet hoc simile cicero.

Beare qd sit.

Stoicorũ sententiæ

secernere. Quid ait Aristoteles reliquiq; Platonis alumni? se omnia quæ secundum naturã sint bona appellare quæ auté contra mala. Vides ne igitur Zenonem tuum cum Aristone uerbis consentire, re dissidere? Cum Aristotele, & illis re cõsentire uerbis discrepare? Cur igitur cum de re conueniat, nõ malimus usitate loqui? aut doceat paratiorem me ad cõtemnendam pecuniam fore, si illum in rebus præpositis, q̃ si in bonis duxero, fortioremq; in patiendo dolore, si eum asperũ, & difficilem perpessu, & contra naturam esse, q̃ malum esse dixero. Facete. M. Piso familiaris noster & alia multa, & hoc loco Stoicos irridebat. Quid enim aiebat, bonũ negas esse diuitias præpositum esse dicis. Quid adiuuas? auaritiam ne minus? Quod si uerbum sequimur primũ longius uerbum præpositum q̃ bonum. Nihil ad rem, ne sit sane, at certe grauius. Nam bonum ex quo appellatum sit nescio, præpositum ex eo credo q' præponatur aliis. Id mihi magnum uidet. Itaq; dicebat plus tribui diuitiis a Zenone q eas in præpositis poneret, q̃ ab Aristotele, qui bonum esse diuitias fateretur, sed neq; magnum bonum, & præ rectis, honestisq; cõtemnẽdum & despiciẽdum, nec magnopere expetendum. Omninoq; de istis omnibus uerbis a Zenone mutatis ita disputabat, & quæ bona negarentur esse ab eo, & quæ mala illa lætioribus nominibus ab eo appellari q̃ a nobis, hec tristioribus. Piso igiť hoc modo uir optimus, tuiq; (ut scis) amantissimus. Nos paucis ad hec additis finem faciamus aliquando. Longum est enim ad omnia respondere, quæ a te dicta sunt, nam ex iisdem uerborum præstigiis, & regna uobis nata sunt, & imperia, & diuitiæ, & tantæ quidem, ut omnia quæ ubique sint sapientis esse dicatis. Solum præterea formosum, solum liberum, solum ciuem, omnia contraria, quos etiam insanos esse uultis, hec paradoxa illi, nos admirabilia dicamus. Quid autem habet admiratiõis cum prope accesseris, conferam tecum quam cuiq; uerbo rem subiicias nulla erit cõtrouersia. Omnia peccata paria dicitis. Nõ ego tecum ita loquar, ut iisdem his de rebus cũ L. Murenam te accusante defenderem, apud imperitos tum illa dicta sunt, aliquid etiam coronæ datum. Nunc agendum est subtilius, peccata paria quonam modo? Quid nec honesto quicquam honestius, nec turpi turpius? Perge porro, nam de isto magna dissensio est. Illa argumenta propria uideamus, cur omnia peccata sint paria? Vt inquit in fidibus plurimis si nulla earum ita contenta neruis sit ut concentum seruare possit, omnes æque incontentæ sint, sic peccata quia discrepant, æque discrepant, paria sunt. Igitur hoc

AMBIGuo

AMBIGVO:re dubia:& nõ perspicua:hæc dictio æque ambiguitatẽ parit:nõ enim significat sic similitudinem ut nullam habeat differentiam.LVdimus:decipimus:& sophisticæ argumentamur:deridemusq; audientes:ac præstringimus illorum iudicium re ambigua:& captiosa.NON continuo : statim: & sine aliquo medio :& discrimine VT æque:similiter:pariq; rõne modoq;:quoniã discrepantia uaria esse põt:& eandẽ ꝓportionẽ ñ habere:ut dr̃ uitiis dicimus a ratione discrepantib⁹:sed differentẽ discrepantiã iter se habentibus.COllatio:cõparatio & similitudo.VT æquas:pares magnitudine : quoniam una est maior alia: tamen æque sunt auaritiæ. SIMIle dissimile:

Nihil enim est aliud quamobrem mihi percipi nihil posse uideatur nisi quod percipiendi uis ita definitur a stoicis, ut negent quidquam posse percipi, nisi tale uerum, quale falsum esse non possit. Itaq; hæc cum illis est dissensio, cum peripateticis sane nulla. Sed hæc omittamus, hñt. n. & bñ longam, & satis litigiosã disputationem. Illud mihi a te nimium festinanter dictum uideẽ sapiẽtes oẽs semp eẽ beatos, nescio quomodo ꝑteruolauit oratio. Quod nisi ita efficiẽ, q̃ Thophrastus de fortuna, de dolore, de cruciatu corporis dixit, cũ q̃bus cõiungi beatã uitã nullo modo posse putauit, uereor ne uera sint. Nam illud uehemẽter repugnat, eundẽ beatũ esse, & multis malis oppressum. Hoc qũo conueniat non sane intelligo. Vtrũ igiẽ tibi nõ placet inquit uirtutis tatã uim esse, ut ad beate uiuendũ se ipsa cõtenta sit? An si id ꝓbas ita fieri posse negas, ut hi q uirtutis cõpotes sunt ẽt malis q̃busdã affecti beati sint? Ego uero uolo in uirtute uim esse q̃ maximã, sed q̃nta sit alias nunc tantũ possit ne eẽ tãta si quidq̃ extra uirtutẽ hẽaẽ in bonis. At q inquit si stoicis concedis, ut uirtus (sola si adsit) uitã efficiat beatam, cõcedis ẽt pipateticis. Quæ. n. mala illi nõ audẽt appellare, aspa aũt, & ĩcommoda, & reiiciẽda, et alia naturæ esse concedũt, ea nos mala dicimus, sed exigua, & porro minima. Quare si põt esse beatus is, qui est in asperis reiiciendisq; rebus, potest is quoq; esse, qui est in paruis malis. Et ego piso inquam si est quisquam qui acute in causis uidere soleat, quæ res agatur, is es profecto tu. Quare attende quæso nam ad huc (meo fortasse uitio) quid ego quæram non perspicis. Istic sum inquit expectoq; quid ad id quod quæras respõdeã. Respondebo me non q̃rere inq̃ hoc tempore quid uirtus efficere possit, sed qd constanter dicaẽ qd ipsum a se dissentiat? Quo igiẽ inq̃t modo? Quia cum a Zẽone inq̃ hoc magnifice tanq̃ ex quodã oraculo æditur, uirtus ad beate uiuendum se ipsa contẽta est. Quare inquit? Respondet, quia nisi quod honestum est nullum est aliud bonum. Non quæro iam uerumne sit illud? dico ea quæ dicat præclare inter se cohere re. Dixerit hoc quidem epicurus semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam Quem quidem cum summis doloribus conficiatur ait dicturum, quam est suaue, quam nihil curo.

NON pugnem: non certabo: nec eum arguam in sententia: & opinione: sed in constantiam notabo epicuri pugnantia inuicem aduersis frontibus dicentis. CVM homine: epicuro humanaꝫ sortito naturam: cui ea tribuit epicurea deliratio: quasi oblita sui status: & cōditionis: quæ non humanæ naturæ cōueniunt: sed diuinæ. CVR tantū habeat in natura boni: hoc inqt non repræhendam: quod scilicet ita sentiat: tantū roboris esse in natura uiri sapientis ut dolorem dicat suauem: & nō curandū. CVR: quare. TAntum boni: roboris: grauitatis: cōstantiæ: indolentiæ HAbeat: opinetur inesse ipsi naturæ: atq; existimet sic loqmur: habeo hoc bonū in illo: idest inesse duco: & statuo.

Non pugnem cū homine, cur tantum habeat in natura boni, illud urgeam non intelligere eum quid sit dicendum, cū dolorem summū malū esse dixerit, eadem nunc mea aduersum te oro est. Dicis eadē oia, & bona & mala, quæ qdem dicūt, qui nunq̄ philosophū pictū ut dicitur uiderunt. Valitudinem, uires, staturā, formā, integritatē, unguiculoꝝ omniū deformitatem, morbū debilitatem, mala iam illa externa parce tu qdem. Sed hec cum corporis bona sint, eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes. Contra hec attende me nihil dicere si ista mala sunt, in quæ potest incidere sapiens, sapientem esse, nō esse ad beate uiuendum satis. Imo uero inquit ad beatissime uiuendum parum est, ad beate uero satis. Animaduerti inq̄ te isto modo paulo ante ponere & scio ab Antiocho nostro dici sic solere. Sed quid minus ꝓbandum q̄ esse aliquem beatum, nec satis beatū? Quod autem satis est, eo quicquid accesserit nimium est, & nemo nimium beatus est, & nemo beato beatior Ergo inquit tibi. Q. Metellus, qui tres filios consules uidit, e quibus unum etiam & censorem, & triumphātem, quartum autē prætorem, eosq; saluos reliqt, & tris filias nuptas cum ipse Cōsul censor esset, augur fuisset, triumphasset, ut sapiens fuerit, nonne beatior quam ut item sapiens fuerit, qui in potestate hostium uigiliis, & inedia necatus est regulus. Quid me istud rogas inq̄? Stoicos roga. Quid igitur inquit eos responsuros putas? Nihilo beatiorē esse Metellum q̄ Regulum Inde igitur inquit audiendum est. Tamen a proposito inq̄ aberrauim⁹. Non enim inqt quæro quid uerū, sed quid cuiq; dicendum sit. Vtinam quidem dicerent alium alio beatiorem, iam ruinas uideres. In uirtute enim sola, & in ipso honesto cū sit bonū positum, cūq; nec uirtus (ut placet illis,) nec hōestum crescat, idq; solum bonum sit, quo qui potiatur necesse est beatus sit, cum id augeri non possit, in quo uno positum est beatum esse, qui potest esse quisquam alius alio beatior. Vides ne ut hec conueniant? Et me hercule (fatendum est enim, quod sentio) mirabilis est apud illos contextus rerum, respondēt extrema primis media utrisque omnia omnibus. Quid sequatur, quid repugnet uident. In geometria prima si dederis, danda sunt omnia. Concede nihil esse bonum, nisi quod honestum sit, concedendum est in uirtute positam esse beatam uitam.

IN Natura: in naturali sorte: quę dolorem sentire potest: & cætera id genus nocumenta ob corporis qualitatem: hæc sententia dicit cicero: ut falsa uellicari posset: ut illa stoica: tamen eam non tango: sed inconstantiam autoris: qui summum malum statuens dolorem: euomere nō erubescit iucundū esse dolorem sapienti: nihilq; curādum. In ultima schola tusculana dicit. An malumus epicurū imitari q multa præclare sæpe dixit: q̄ enim sibi constanter cōuenienterq; dicat nō laborat. VRgeam premam: insectabor EAdem par: & similis: idest ostendam te ignorare: qd sibi sit dicēdum ponenti tria genera malorum: in qbus potest sapiens aliquando esse: & iccirco non semper beatus: ut tu dixisti. VT dicitur: puerbialis sentētia est in omnino rudes: & philosophicæ disciplinæ: ac ratiōis penitus expertes: quod adagiuꝫ simile illi est. Illotis pedibus ingredi: & extremis digitis attingere PARce: modice. EOrum: bonoꝝ corporis. COnficientia: idest externa corporis bona cōseruantia & refouentia quæcūq; affecta essent: ut sunt diuitiæ: amici curatores: & cætera id genus præsidia subsidiaq;. HOnores: magistratus. OPes: potentias: clientelas. COntra hec: bōa ne sint: an secus SApientem: cōsumatæ uirtutis uirū. BEatissime sufficientissime: cumulatissimeq; : qd sola uirtus non efficit ex ueteꝝ academicoꝝ: peripateticoꝝq; sententia. Q. MEtellus: cōtrariis exemplis nitit ostendere piso esse aliū alio beatiorem: qd stoici obnixe negabant. Q. Metellus inqt plinius inter felicitatis hūanæ exempla numerat. Nam præter honores amplissimos cognomenq; macedoniæ: a quatuor filiis illatus est rogó: uno prætore: tribus cōsularibus: duobus triūphalibus: uno censorio: quæ singula quoq; paucis contigere. SAluos: incolumes: supstites: qd boni parētes optāt in ꝑmis SApiens: omni uirtute cumulatus. ITem: similiter: ut metellus. HOstium: carthaginensiū: lacedemonio: xantippo duce in primo bello punico. INde: a stoicis: nullū ponentibus gradū in uirtute ac fellicitate. AVdiendum: accipienda est ratio talium rerū. A PRoposito: instituta questione: quę erat tm̄ de incōstantia: & nō de ueritate sentētiæ: aut rōne decreti: qd est d ui uirtutis: & natura eorum: quæ bona dicunt: aut cōmoda: nec nō mala uel incōmoda. VErum: quæ opinio uera sit: aut falsa. DIcendum: ut cōsentaneū: & minime repugnans ipsi decreto: cui oia cōgruere debent: ac cōcinnere. RVinas: casus: dogmatis stoici: & cathenæ rerū: atq; cōtextus: omnia siqdem apud illos quadrant: & ultima primis. COnueniāt: cōstent inuicem: & cōgruant. CONtextus: cōnexio ppetuaq; series. RESpondent: cōcinnunt. EXtrema: ultima consequentia. PRImis: antecedentibus. VTrisq;: primis: & extremis. VIdent. callent. sciunt lumine: ac formulis dialectices: qua cēsebant in primis ipsi stoici. QVod sequat: qd sit consequens antecedētis. QVId repugnet: discrepet: & nō sit ueꝝ cōsequens: & e primis effectū: atq; conclusum. IN Geometria pria si dederis. i. si cōcessis geometræ suæ artis principia: de quib⁹ dixi in tertio commentario officiorum postulata: uidelicet data: & axiomata: siue latina nota dignitates: communes uel animi conceptus: nec non omne totum sua parte maius esse: concedenda erunt: ex his conclusa: & demonstrata.

Antiquorū adagium.

Prima principia

Vide rursus retro. Dato hoc dandū erit illud. Quod uñ non item tria genera bonorum, procliui currit oratio, uenit ad extremum, heret in salebra, cupit enim dicere nihil posse ad beatam uitam deesse sapiēti, honesta oro socratica, Platōis etiam. Audio dicere inqt, non potest nisi retexueris illa paupertas si malum est, mēdicus beatus esse nemo potest, quamuis sit sapiēs. At Zeno eum non beatum modo, sed etiam diuitem dicere ausus est. Dolor est malum, in cruce qui angitur beatus esse non potest. Bonum liberi, misera orbitas. Bonum patria miserū exiliū, Bonū, ualitudo miserum morb⁹, Bonū integritas corporis, misera debilitas, Bonum icolūis acies, misera cæcitas. Quæ si potest singula consolando leuare uniuersa qūo sustinebit? Sit enim idem cæcus debilis morbo grauissimo affectus, exul, orbus, egēus torqueatur eculeo, quem hunc appellas, Zenō? Beatum inquit etiam beatissimum quippe iquiet, eum tam docuerim gradus, istam rem non habere, quam uirtutē in qua sit etiam ipsum beatum, tibi hoc incredibile quia beatissimum. Quid tuum credibile? si enim ad populum me uocas eum qui sit ita affectus beatū nunq̄ probabis. Si ad prudētes, alterū fortasse dubitabunt, sit ne tātum in uirtute, ut ea prædin, uel in Phalaridis tauro beati sint alterum non dubitabunt, quin & stoici conuenientia sibi dicant, & uos repugnantia. Theophrasti igitur inquit tibi liber ille placet de beata uita? Tamē aberram⁹ a proposito, & ne longius, prorsus inquam Piso si ista mala sunt, placet. Non e igitur tibi uidentur inquit mala. Id quæres inquam, in quo utrum respondebo, uertes te huc atq; illuc necesse ē. Quo tandē mō iqt: Quia si mala sunt is q erit in iis beatus nō erit. Si mala nō sunt iacet oīs ratio peripateticoꝝ. Et ille ridēs uideo inquit,

VIde rursus retro: idest retexe: et concinam uidebis reciprocationem: atq; regressum hoc modo: si beata uita in uirtute posita est sola uirtus bonum: & quia contrariorum contraria sunt consequentia: si nihil est malum nisi uitium solus uitiosus est miser: et qui eo uacant: etiam si crucientur nullo malo afficiuntur: & per consequens uirtute præditus semper beatus. VEstri: ueteres academici: & peripatetici: qa tria genera bonorum ponunt: & maloꝝ totidem. PROcliui: p procliue: idest ꝓnum locum demissum: & inclinatum translatio ab his: q̄ per decliuia: & prona ruunt minimo impulsu currēs: & facilis uidet̄ uestra oratio: & currit ad conclusionē: sed illam non attingit: nā irretita remanet cum ea mala ponat: quæ non pōt suo arbitratu declinare sapiens quē semper beatum concludere nitit̄. Ad extremū cōclusionē: & terminū sibi propositum. HEret fixa remanet retineturq; IN salebra saxosa difficultat perstat in traslatiōe salebræ sūt difficultates uiaꝝ: & asperitates. Ho-

Salebræ q̄ dicant̄.

nesta laudabilis qm̄ dignitati plurimum tribuit: ut par est. SOcratica: socrate digna: & platone in ultima schola tusculanaꝝ questionuz: dicit idem cice. huius sniæ grauitas a platonis autoritate repetatur apud quem sæpe hæc orō usurpata est: ut nihil præter uirtutem diceretur bonū uelut in gorgia socrates cū eēt ex eo quæsitum archelaū pdicæ filium qui tum fortunatissimus haberetur nōne beatū putaret? haut scio iquit nūquā. n. cū eo locut⁹ suz. An tu aliter id scire n̄ potes nullo modo. Tu igitur ne de persarū quidem rege magno potes dicere beat⁹ ne sit? An ego possum cū ignorem: q̄ sit doctus: quam uir bonus. Quid tu in eo sitam uitā beatā putas? ita prorsus existio bonos btōs iprobos miseros. Miser ergo archela⁹? certe si iniustus. Videtur omnem ne hic beatam uitā in una uirtute ponere? Quid uero in epitaphio quo modo idem. Nam cui uiro inqt ex se ipso apta sūt omnia: quæ ad beate uiuendum ferunt: nec suspēsa aliorum: aut bono casu: aut contrario pendere ex alterius euentis: & errore coguntur: huic optime uiuendi ratio cōparata est. Hic est ille moderatus: hic fortis: hic sapiens: hic et nascentibus: et cadentibus cum reliqs cōmodis: tum maxime liberis parebit: & obediet præcepto illi ueteri: neque . n. letabit̄ unq̄: neq; merebit nimis: qui semp in se ipso omnem spem reponet sui: ex hoc igitur platonis: quasi quodam sacro augustoq; fonte nostra omnis manabit oratio. AVdeo dicere: nihil sciliꝫ cet deesse sapienti ad beatam uitaz ait ipsa oratio peripateticoꝝ. NIsi retexueris illa: idest retro uideris: & reciprocantia cognoueris: ut de stoico dogmate dictū est. Tria genera sunt bonorū: qui habet omnia beatus est. Tria genera maloruz illis laborantes miseri sunt: inopia est de numero ma-

Stoicorū opinio.

lorum: ergo inops non est beatus: etiaz si sit sapiens: idest uir consumatæ uirtutis: stoici autem dicūt: omnis sapiētes esse diuites: ut in paradoxis dictum est. CRVce: patibulo. ANgitur: cruciatur. LIberi: filii. Orbitas: priuatio filiorum. INcolumis acies. uegetum acumen oculorum. SI potest: oratio scilicet ura: & ratio. CONsolando: mitigando: atq; medendo. LEuare: leuia facere: ac per hoc tolerabilia. QVomodo? quasi dicat nulla rōne id consequetur: qm̄ rerum talium summa incōsolabilis est: & intolerabilis. Quippe: certe: profecto: qm̄ si uirtus nō habent gradus: nec crescit: ut in tertio probatum est: ex opinione stoicorum; nec ipsa felicitas crescet: quam uirtus efficit: itaq; beatus erit etiam beatissimus. ISTam rem beatum esse. INcredibile: scilicet uidet̄ o piso: quod beatū sit & beatissimū. Quid tuū credibile: quasi dicat tīce. incredibile est: q tu ex opinione peripateticoꝝ asseueras beatuz semper esse sapientem cum tria genera malorum dicas: quæ sapiens uitare non potest. AD populuz ad uulgarem sententiam: quæ miseros decernit talibus malis præssos. ITA sit affectus dispositus: ut corporis doloribus: & fortunæ iniuriis laboret: ac torqueat̄. NVNq̄ ꝓbabis: nō dices ꝓbabiliter esse beatū. AD prudentes: ad eos q rōne ducti iudicāt. Tantū: tantæ uires dotes: et efficatia. Vel ēt ī maximis tormētis: ut fuit phalaridis taurus. Quin: q. Cōuenictia: ɔgruētia ipi decreto. Repugnātia: minime cōsentāea: ac p hoc cōtraria. Liber: iquo: ut dictū est multū fortunæ tribuit theoprastus ad beatā uitā: atq; ɔtrariā. A ꝓposito: q est non de ueritate sniæ: sed tm̄ de cōstantia: sed tamē inqt quia queris respōdeo placere mihi sniam theophrasti si sunt tria genera malorū: q̄ ponitis. In ultia schola tusculanarū questionū agens de opione theophrasti in callisthene dic t. Negāt ab ullo phio quicq̄ dictū esse lāguidi⁹ recte id qdez: sed nihil itelligo dici potuisse cōstantius. Si. n. tot sunt in corpore bona: tot extra corpus in casu: atq; fortuna: nō ne ɔsentaneū est p⁹us fortunā: quæ dña reꝝ sit: & externaꝝ: & ad corpus ptinētiū: q̄ ɔsiliū ualere? An malumus epicurū imitari: q mlta præclare sæpe dxit q̄: enim sibi ɔstanter: ɔueniente: q; dicat non laborat. Vtrum: unū e duobus quodcunq;. VERses: te huc: & illuc: idest undiq; perplexus eris: & irretit⁹: atq; idignabundus consilii laborans inopia: & effugit. IAcet: prostrata est penit⁹: & labefactata: Ratio sentetia: modus: & uia philosofādi

QVID

quid agas, ne discipulum abducam times. Tu uero inq̃ ducas, licet si sequatur, erit enim mecum, si tecum erit. Audi igitur inqt Luci, tecum enim ut ait theophrastus mihi instituenda oratio est. Omnis autoritas philosophiæ consistit in beata uita comparanda. Beate enim uiuendi cupiditatē incensi sumus oēs, hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Quare hoc uidendum est, possit ne nobis hec ratio philosophorum dare? pollicet̃ certe, nisi enim id faceret, cur Plato ægiptum peragrauit, ut a sacerdotibus barbaris numeros, & cælestia accipet? Cur post Tarentum ad Archytam. Cur ad reliquos Pythagoreos? Echecratē, Timæū acrionē locros? ut cū Socratē expressisset, adiungeret Pythagoreoꝝ disciplinā, eaq; quæ Socrates repudiabat addisceret. Cur ipse Pythagoras, & ægiptum lustrauit, et persarum magos adiit. Cur tantas regiones barbaroꝝ pedibus obiit, tot maria transmisit? Cur hec eadem Democritus, q uere falso ne q̃reremur, dicitur oculis se priuasse. Certe ut q̃ minime animus a cogitatiōib9 abduceret̃. Patrimonium neglexit agros deseruit incultos, qd q̃rens aliud, nisi beatā uitā? quā si etiā in reꝝ cognitiōe pōebat, tamē ex illa inuestigatione naturæ cōseq uolebat, ut esset bono anīo. Id. n. ille summū bonū euthymiā, & sæpe athambiā appellat idest animū terrore liberꝝ. Sed hec et si p̃clare nondū tñ & ppolita, pauca enī neq; ea ipsa enucleate ab hoc d̾ uirtute qdem dicta, post enim hec in hac urbe primū a Socrate quæri cepta, deinde in hunc locū delata sunt, nec dubitāt, quin in uirtute oīs, ut bene sic etiā beate uiuēdi spes poneret̃. Quæ cū Zeno didicisset a nr̃is, ut in actionibus præscribi solet, de re eadem fecit alio modo. Hoc tu nunc in illo non probas, scilicet uocabulis rerū mutatis. Inconstantiæ crimen ille effugit, nos effugere non possumus? Ille metelli uitā negat beatiorē q̃ Reguli præponēdam tamen, nec magis expetendam, sed magis sumendam, et si optio esset, eligendā metelli, Reguli reiiciendā Ego quā ille præponendā, & magis eligendā, beatiorē hanc appello, nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo q̃ stoici. Quid ĩterest, nisi ꝙ ego res

QVID Agas: moliaris: & tentes. INStituenda: ordinanda: & sic demonstrabit piso illam sententiam de beata: & perpetua uita sapientis esse cōsentaneam ueteribus academicis: & peripateticis: hanc eadem etiam epicuræis conuenire probat: idem cicero in ultimo libro tusculanarum questionum: qui ob id totam philosophiam illustrare dicitur quoniam docet ad bene beateq; uiuendum: satis esse ipsam uirtutem. AVTontas: dignitas excellentia. Alibi dicit Cicero. Nihil est omnium: quæ in philosophia tractantur: quod grauius: magnificentiusq; dicatur: nam cum ea causa impulerit eos: q primi se ad philosophiæ studiū cōtulerūt: ut oībus rebus posthabitis totos se in optimo uitæ statu exqrēdo collocarēt ꝑfecto spe beate uiuēdi tantā in eo studio curā: operamq; posuerūt. Comparanda: acqrenda. INcensi: ardēti cupiditate inflāmati. COnuenit: cōstat: concordesq; in hoc sumus. HOC: esse beatū. A Sacerdotib9 barbaris: phis egyptiis asserentibus geometriā: arithmeticā: & astronomiam se inuenisse: ut ait laertius: phi egyptii sacerdotes appellabant̃. NVmeros: artem numeroꝝ: q̃ aritmethica græce dicit̃: Cælestia: astronomiam. LOcros: oppidū brutioꝝ ad mare. EXpressisset: effinxisset: representasset: et q̄si emūxisset socraticā doctrinā d̾ uita: & moribus. DIsciplinā eruditionē. EAq; physicas rōnes: & methaphysicas. Adisceret: discēdo adderet: ut ad sūmā hūani ingenii ꝑ uiribus perueniret. LVstrauit: ambiuit: pagrauit. MAgos: sapientiæ ꝓfessores: & diuino cultui studētes i ꝑmis autore laertio. OBiit: adiit. TRansmisit: enauigauit. VEre falso ne: iure: an iniuria. QVæreremur: expostulādo accusaremus naturam: quod non tribuisset nobis eam mentis aciem: quæ ad ueritatem dispiciendam. & honestā oblectationē oculoꝝ ope: ac ministerio nō egeret causam impellentem Democritum: ut uoluit Tertullianus: & modū cecitatis: æreumq; clypeū curiosis relinquo: Ciceronē sequor in ultima questione tusculana dicentē. Quidam disputāt cæteras uoluptates in ipsis habitare sensibus. Quæ autem aspectu percipiantur: ea non uersari in ulla oculoꝝ iucunditate: ut ea quæ gustemus olfaciamus: tractem9: audiamus in ea ipsa: ubi sentimus parte uersent̃. In oculis tale nihil fit. Animus accipit: quæ uidem9: animo aūt multis modis: uariisq; delectari: licet etiam si non adhibeat̃ aspectus: loquor aūt de docto hoīe: & erudito: cui uiuere est cogitare: sapientis eñi cogitatio ñ ferme ad iucstigandum adhibet oculos aduocatos. Democritus luminibus amissis: alba scilicet: & atra discernere non poterat. At uero bona: mala: æqua: iniqua: honesta: turpia: inutilia: magna: parua poterat: et sine uarietate oculoruz licebat uiuere beate: sine notione reꝝ nō licebat. Atq; hic uir impediri animi aciem aspectu oculoꝝ arbitrabatur. ABduceretur: auocaretur: abstraheret̃. BOno animo: securo: & tranqllo. Thambos græce terror: & pauor: latine inde athambia. Securitas qdam terrore libera: & sollicitudine. HEC: moralia scilicet: & ad beatā uitam spectantia. PERpolita: exculta: enucleata: sed cōfusa. ENucleate: purgate: subtiliter: eleganter. IN Hunc locum: academiam platonis gymnasiū. QVin: quod uirtus ad bene beateq; uiuendum sufficeret. VT In actionibus: orationibus: & declamationib9: in qbus ad cōparandā dicendi copiā: dilatandasq; lacinias eloquētiæ multa paraphrastice narrant̃: & in ꝓbādis maxime alienis sentētiis: tractādisq; chriis: in qbus uariatio p eosdē ducit̃ casus: & tā dictoꝝ q̄ factoꝝ affert ratio. In hac uarietatis ubertate regnauit ciceronis facūdia: ut in gestuū multiplici cōcinnitate Rhoscius: & hoc inter hos generosū fuit certamen. PRæscribi: p̃cipi ad formandā: uariisq; uerboꝝ: & sententiaꝝ quasi floribus exornandā eloquentiā præscribit̃: hoc maxime in progymnasmatis: idest primis adolescentuloꝝ cōmentationib9: atq; ꝓludiis. EAdem te snia: & opinīōe decreto: instituto. FEcit alio mō: diuersis tractauit appellatiōibus & notis priscoꝝ inuenta: & ꝑscripta uitæ. INconstantiæ: uariationis: fluctuationis: & ut ita dixerim inconuenientiæ d̾ præpositis: & sumēdis: dictū est in. iii. ex stoicoꝝ snia: & de expetendis. i. bonis: Alibi dicit cicero inter Zenonem: & pipateticos: nihil p̃ter uerboꝝ nouitatē interest: qd̾ si ita est: qd est causæ: qn si zenonis rōni cōsentaneū sit satis magnā uim i uirtute eē ad beate uiuēdū: liceat idē pipateticis dicere. Rē. n. opinor spectari oportere nō uerba OPtio: electio. VLlo momento pōdere: & æstimatiōe. TRibuo assigno: cōcedo. i. nō pluris facio eā uitā dicēdo beatiorē: q̄ zeno p̄ponēdā: & eligēdā. QVId interest: i hoc solū discrepam9 inqt piso: qd̾ ego utor iuulgatis uerbis

Egyptii sacerdotes phi.

Thambos qd.

notas, notis uerbis appello? Illi nomina noua quærunt quibus idem dicāt. Ita quemadmodum in senatu, semper est aliquis qui īterpretem postulet, sic isti nobis cū interprete audiendi sunt. Bonum appello quicquid secundum naturam est, quod cōtra malum. Nec ego solus, sed tu etiam chrysippe in foro, domi, in schola desinis. Quid ergo aliter homines, aliter philosophos loq putes oportere, quanti quidque sit, aliter doctos & indoctos? Sed cum cōstiterit inter doctos, quanti res q̄q sit, si hoīes essent, usitate loquerent̄, dum res maneant, uerba fingant arbitratu suo, sed uenio ad inconstantiæ crimen, ne sæpius dicas me aberrare. Cicero. Quam tu ponis in uerbis, ego positam in re putabam. Piso. Si satis erit hoc perceptum in quo adiutores stoicos optimos habemus, tantam uim esse uirtutis, ut omnia si ex altera parte ponantur, ne appareant quidem, cum omnia quæ commoda certe dicunt esse & sumenda, & eligenda, & præposita quæ ita definiunt, ut satis magno æstimanda sint. Hæc igitur cum ego tot nominibus a stoicis appellata, partim nouis, & commentitiis, ut ista producta, & reducta, partim idē significantibus. Quid enim interest expetas an eligas? Mihi quidem etiā lautius uidetur quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur. Sed cum ego ista omnia bona dixero, tantū refert, q̄ magna dicam, cum expetēda, q̄ ualde. Sin autem nec expetenda, ego magis q̄ tu non eligenda, nec illa pluris æstimanda ego qui bona, q̄ tu qui ꝓducta appellas, omnia ista necesse est obscurari, nec apparere, & in uirtutis tanq̄ in solis radios īcurrere. At enim qua in uita est aliquid mali, ea beata esse nō potest. Ne seges quidem igitur spicis uberib⁹ & crebris si auenam uspiam uideris, nec mercatura quæstuosa si in maximis lucris parū aliquid dāni contraxerit. An hoc usq; quaq; aliter in uita, & nō ex maxima parte de tota iudicabis? An dubium est quin uirtus ita maximam partē obtineat in reb⁹ humanis, ut reliquas obruat? Audebo igitur quæ secundum naturam sint bona appellare, nec fraudare suo

Zeno autem nouatis: quapropter si ego inconstans: & ille crimine eodem laborabit. NOtas: manifestas. NOtis: usitatis: & quibus a pueris imbuti sumus. INterpretem: explanatorem alienæ linguæ lege uetus institutum romani senatus apud ualerium libro primo exemplorum. ISTI: stoici aliena lingua utentes: & nouitate uocabulorum quasi uim afferentes sensibus. IN foro: in publicis locis atq; conuentibus. DOmi: priuato loco. SChola: eruditionis gymnasio: & sic ubique bonum id appellasse ostendit quod esset e natura: ueteres inquit aristoteles bonum id esse dixerunt quod omnia appetunt. HOmines: populi. PHilosophos: sapientiæ studiosos quasi dicat: hisdem uerbis uti debent ut facilius intelligantur: & ne audientes in aliena lingua surdi uideantur: omnes nos inquit alibi cicero in his linguis quas non intelligimus surdi sumus. QVanti sit: quam uim habeat: & significationis proprietatem. COnstiterit: conuenerit: congruerit de pondere rei: & quantitate: tanti ait piso fiunt a me bona quanti a uobis eligenda & sumenda: ergo idem nomen omnibus notū poni debet. HOmines: humanitate ꝓditi: uera q; ratiōe qua hoīes cæteris bestiis antecellūt. RES: sententiæ non mutentur sint logodedali: ac uocabulorum architecti zenonii phi non inuentores rerum sed nouarū appellationū. ABErrare: a proposito discedere: atq; uagari. QVam: incōstantiā inquit cicero & differentiam tu dicis piso esse tm̄ in nouis uerbis: ego autem rebar esse in re idest sn̄ia opinione decreto. SI satis: docet non esse in dogmate discrimen piso: sed in uerbis tm̄: & aperit in quo sensu uerba ipsa capi debeant ut euitetur inconstantiæ crimen quod cicero pisoni obiiciebat: tanta inquit est uirtutis excellentia: & robur ut sola efficiat beatam uitam etiā si adsint aliqua corporis & fortunæ incommoda: quæ ad uirtutem sic parua sunt ut minimū & ferme nullum habeant momentum: & ipsa res ab eo denoīatur quod mai⁹ inest: atq; grauius. PErceptum: cōpræhensum: & cognitū. IN quo: in qua re: idest de ui & efficacia ipsius uirtutis. OPtimos: in primis idoneos: & locupletissimos testes: qm̄ robur uel maximum tribuunt uirtuti. SI ex altera parte: una lance ipsius libræ qua pipateticus critolaus utebatur ad demōstrādum pondus & amplitudinem ipsius uirtutis. In ultimo libro tusculanarū questionum dicit idem cicero quo loco quero quam uim habeat libra illa critolai qui cum in alteram lancem animi bona imponat: in alterā corporis: & externa tm̄ propendere illam boni lancem putet ut terram: & maria deprimat. Quid igitur aut hunc ꝓhibet aut etiam xenocratem illum grauissimū phorum exaggerantē tantopere uirtutē: & extenuantē cætera: & abiicientem in uirtute nō beatā modo uitā: sed etiā beatissimam ponere. NE appareant quidem: uim nullam habeant cōtra uirtutē beatamq; uitam. SAtis magno: nō paruo ꝓtio digna. COmmentitiis: fictis ad libidinē de proegmenis: & apoproegmenis idest ꝓductis & reductis dictū est in tertio. IDem significantibus: eandē uim habentib⁹ cum notis & usitatis uerbis peripateticorū idem nanque signat expetere quod eligere. LAutius: mai⁹ ꝓtiosius: & sumptuosius: siue magnificēti⁹. DElectus: quedā selectio: & differentia quā ponit iudiciū. TAntum refert: solum ualet: habetq; momentū & interest. QVam: quantū magna bona dicā: nō enim inqt dico magna esse bona sed minima cōparatione uirtutis: & cū dico expetenda nō ualde dico: sed pœ. SIn aūt nec expetenda: sensus est & ordo si ego dico nō expetēda nō plus mali adscribo illis q̄ tu q nō eligēda uocas. PLuris æstimāda: maiore ꝓtio digna. RAdios: splēdores. AT enī: ponit obiectionē: & illā soluit similitudine segetis: & mercaturæ. SEges: messis: VBerib⁹: plenis. AVenā: sterilē culmū: & uitiū ipsi⁹ frugis. VSpiā: alicubi. QVestuosa: fructuosa opima: lucrū afferēs: ordo: ne seges qdē q̄stuosa est nec mercatura. Alibi dicit. Hoc nomē bti lōge lateq; patet. Nā ut q̄stuosa mercatura: fructuosa aratio dr̄ nō si altera semp oī

Nomen beati longe patet.

dāno. Altera semp oīs tēpestatis calamitate semp uacet: sed si multo maiori ex pte extat in utraq̄ felicitas. Sic uita nō solū si undiq̄ referta bonis ē: sed si mlto maiore & grauiore ex pte bona ꝓpēdēt btā recte dici pōt. VSquequaq: undiq̄: semp: ubiq̄. IN uita: in q̄litate uitæ. EX maxima parte: ex eo qd̄ magis inest: & grauius habetur ipsa uita denominatur: si plura adsint bona & maiora beata: sin contra misera. Vnde dixit horatius sine uitiis nemo nascitur: optimus ille est qui minimis urgetur: & Seneca: pro optimo habendus est minime malus. QVIN: quod. VTRELIQVAS: res humanas. OBRVAT: tegat: operiat superet: conculcet ac præmat suo pondere: ac fulgore obtenebret:

Surdi q dicantur.

obtenebret:atq; præstringat. DEprimet:deorsum trahet suo pondere. LAtissime:effusissime dilatatur atq; porrigi
tur idest q̃ maximas habet uires:& grauitatem. HIlare:læte:iucunde: TRistior:mæstior & contractior aliquo ac-
cepto incomodo. HIlara:læta:ridens:q̃si dicat amissa nõ est qm̃ a maiori pte nomen retinet suum. Nã semel inqt pe
dianus asconius enarrans secundã ciceronis actionẽ in. C. uerrẽ uicinũ est ac pene nunq̃ ex eodem sensu est qđ semel
inuita risisse crassum scribit lucilius. Vnde uirgilius mihi uidetur dixisse:tum primũ nr̃i cacum uidere timẽtez. AN
hæc: temporaria hilaritas fuit in crasso tũ quia eius uita erat tristis:dira & mæsta:icirco agelastus cognominat⁹ est

ueteri nomine q̃ aliquid potius nouum exquirere. Vir-
tutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance
ponere. Terram mihi crede ea lanx, & maria deprimet.
Semper enim ex eo quod maximas partes continet, la-
tissimeq; funditur tota res appellatur, dicimus aliquem
hilare uiuere, igitur si semel tristior effectus est, hilara ui
ta amissa est? An hæc in eo. M. Crasso, quem semel ait i
uita risisse lucilius, non contigit, ut ea re minus agela-
stus (ut ait idem) uocaretur? Polycratem samium feli-
cem appellat, q nihil acciderat ei quod nollet, nisi q
annulum quo delectabatur, in mari abiecerat, ergo in
felix una molestia? Felix rursus cum is ipse annulus in
præcordiis piscis inuentus est. Ille uero si insipiens, qđ
certe, qm̃ Tyrãnus nunq̃ beatus, si sapiens ne tum qui-
dem miser cũ ab oronte Prætore Darei in crucẽ actus
est. At multis malis affectus quis negat? Sed ea mala uir
tutis magnitudine obruebantur. At ne hoc quidem pe
ripateticis concedis ut dicant omnium uirorum bono
rum idest sapientum, omnibusq; uirtutib⁹ ornatorum
uitam omnibus partibus plus habere semp boni q̃ ma-
li. Quis hoc dicit? Stoicis licet minime. Sed isti ipsi qui
uoluptate, & dolore omnia metiuntur. Non ne cla-
mãt sapienti plus semper adesse quod uelit, q̃ quod no-
lit. Cum tantum igitur in uirtute ponant hi qui se faten
tur uirtutis causa, nisi ea uoluptatem acciret, ne manũ
quidem uersuros fuisse, quid facere nos oportet, qui q̃.
uis minimã animi p̃stãtiã oĩbus bonis corporis ante ire
dicamus, ut ea ne in cõspectu quidẽ relinquatur. Quis
enim est, qui hæc cadere in sapientem dicere audeat: ut
si fieri possit uirtutẽ in ppetuum abiiciat, ut dolore oĩ li
beretur. Quis nostrũ dixerit, quos non pudet ea q̃ stoi-
ci aspera dicunt, mala dicere, melius esse turpiter aliqđ
facere cum uoluptate, q̃ honeste cum dolore? Nobis
Heracleotes, illi Dionysius desciuisse uidetur a stoicis
propter oculorũ dolorem. Quis uero hoc didicisset a
Zenone, nõ dolere, cum doleret? Illud audierat, nec ta
mẽ didicerat malũ illud non esse, quia turpe non esset,

idest mæstus:& sine risu. SEmel:cuz scilicet uidis
set asinum carduos comedentez dixisset q; ridens
similes habent labra lactucas quod in prouerbiũ
abiit in eos quibus ea contingunt quæ moribus
eorum congruunt in primis. Cui simile est conue
niens operculũ. Diuus hieronymus in epistola ad
chromatium:iouinianuz:& eusebium sic scribit.
In mea patria rusticitatis uernacula deus uenter
est:& de die in diez uiuitur:& sanctior est ille qui
ditior est. Accessit huic patellæ iuxta tritum po-
puli sermonẽ prouerbium dignum operculum lu-
picinus sacerdos:secundum illud quoque de quo
semel crassum ait risisse lucilius similem habẽt la
bra lactucam. Asino carduos comedente:uideli-
cet ut perforatam nauem debilis gubernator re-
gat:& cæcus cæcos ducat in foueam talisq; sit re
ctor quales illi qui reguntur. NON contigit:qua
si dicat euenit ei talis hilaritas:sed quia minima
fuit comparatione tristioris uitæ non mutauit a-
gelasti cognomen q̃admodum paruus meror non
mutat rationem hilaritatis. EA RE:ob eaz rem
idest hilaritatẽ:ac risum. MInus:non:agelastus:
moestus:& sine risu conuenit hæc appellatio illi
poetæ qui græca latinis licentiose admiscuit:qđ
notauit horatius gelao græce rideo latine. Vnde
agelastus nõ ridens. Ferunt inquit plinius in. vii.
crassum auum crassi a parthis interempti nunq̃ ri
sisse:ob id agelastum uocatũ sicuti nec flesse mul
tos. Antoniam drusi nunq̃ expuisse:pomponium
poetam nunq̃ ructasse. Quibus natura concreta
sunt ossa qui sunt rari admodum cornei uocãtur.
Idem libro ultimo dicit polycrates sami⁹ assiduo
gaudio lassus profectus nauigio in altuz annulũ
mersit. At illum piscis eximia magnitudine regi
natus esse uice raptum ut faceret ostentum in cu-
linam domini rursus fortunæ insidiantis manu
reddidit. Sardonicem eam gemmam fuisse con-
stat. Strabo ait lib. xiiii. maximum felicitatis ar-
gumẽtum ducunt q annulo de industria in mare
deiecto gemma & scalptura prætioso post paulo
piscator quidam piscem eduxit qui eum deuora-
uerat:quo cæso annulus inuentus est:Quod cuz
ægyptiorum rex intellexisset diuinitus locutum
ferunt quod qui eiusmodi prosperitatibus utere-
tur uitam terminaret non fortunato fine:quod
& ita factum est:nam a persarum satrapa captus
dolo suspensus est. SI insipiẽs:idest uitiosus. MI
ser in felix. IN crucem:patibulum sublatus. OB-
ruebantur:tegebantur:superabantur. LIcet mi-
nime:quoniam nihil bonum dicunt præter uirtu
tem:& beatam uitam sola uirtute contentaz esse
asseuerant. ISti ipsi:epicuri sectatores. In ultima schola tusculanarũ questionũ hoc idem probans cicero dicit. Non
sine causa igitur epicurus ausus est dicere semper in plurib⁹ bonis esse sapientem quia semper sit in uoluptatibus:ex
quo effici putat ille quod querimus ut sapiens semper beatus sit. METIVNTVR:mẽsurant:dingunt. HABET
ne manum uersuros:ne minimum quidem elaboraturos. NOS:peripateticos. NE RELINQVANTVR IN con
spectu:ut non appareant in uirtutis quasi radios incurrentia. QVIS EST:quasi dicat nullus peripateticæ institu
tionis sectator hoc sentiret aut diceret:se sine uirtute esse uelle modo sine dolore. TVRPITER:uitiose:libidino-
se:probrose. HONESTE:decore:glorioseq;. Dionysius inquit laertius in zenone finẽ hominis dixit esse uolupta-
tem cum in oculorum dolorem incidisset eo enim acriter cruciatus dolorem noluit dicere indifferentem idest e nume
ro eorum quæ nec in bonis habebantur a stoicis:nec in malis. DESCIVISSE:defecisse a dogmate stoico:ad epi-
curæum. QVIS DIDICISSET:quasi dicat nullus potuisset discendo credere non esse id malum:quo maxime
natura ipsa leditur. NON DIDICERAT:cum falsum esset scire illud non poterat:quoniam uera tantum sunt
quæ sciri possunt natura ipsa testis est dolorem esse malum:bonum siquidem id dicitur quod est secundum naturã

Agelast⁹ q dicat.

Polycra-tis interitus.

quæ a dolore tanq̃ a grauissimo hoste nos abiunxit. VIro: fortitudine prædito. IN sententia: in peripatetico decreto. FOrtiter: constanter: aiose: patienter: ꝑfracte. TVus: idest nouæ academiæ autor cui⁹ rõnem in differendo æmulabatur cicero. PErtinatior: obstinatior. NOster: nr̃i dogmatis studiosus auditor siqdem fuit platonici polemonis. PER familiaris: ualde amicus: & domesticus. TRistis: moestus ob amici cruciatum. MAne: ne abeas: bono ꝗ aio sis: qm̃ dolor pedis cor non tangit: & robore uirtutis obruo uim doloris. ILlinc: a pedib⁹. HIC: arcesilas. MAllet: magis uellet dolore ut pote malo molestoq; carere. RAtio: doctrina: & institutio. INconstans: uacillans: & sibi nõ conueniens ut tu opinaris. CElestem: sublimem: singularem. Diuinam: oia supantez ac ꝑ hoc omnipotentem: & penitus inuictam. MIseria: infelicitas. ERumna: calamitas. SIT beatior: accessione scilicet alioꝝ bonoꝝ ut placuit aristoteli & sæpius repetitum est in supioribus: & nunc uerba tanti phi referre non grauabor: in pmo siqdem moralium agens de felicitate dicit. Id autem sufficiens esse ponimus qd̕ solum a cæteris segregatum expetibilem uitã facit: reiq; nullius indigentem. Tale autem qd felicitatem ipam esse existimamus: & insup cum non numeratur cum cæteris maxime oinm expetibilem: cum numeratur magis ut par est expetibilem cum minimo bonoꝝ esse putam⁹. Augumentuz etenim bonoꝝ: & q̃ si qdam excessus fit id qd̕ adiungitur. Id autem semp magis est expetibile qd̕ maius est bonum. AT qui: certe dicit cicero si hanc sniam optinebis sapientem scilicet semp esse beatuz q̃uis tria genera bonoꝝ sint: totidem maloꝝ non solũ. L. ciceronez fratruelem meum sed & me nulli sectæ addictuz efficies pipateticum: & in uerba magistrorum idest platonis & aristotelis iurabo. ET iam atq; etiam: multiplici rõne: & uia q̃ opposita ratione obstrui non possit. ABducas: amoueas & segreges ad ueteres academicos: & pipateticos. SVpellectilem: dotes: pollicitationes: & rationes ad bene beateq; uiuendum efficaces. In ultima schola tusculanaꝝ q̃stionum agens cicero de phia dicit. Cuius in sinum cum a primis temporibus etatis nr̃æ uoluntas studiũq; cõpulisset: his grauissimis casibus in eundem portum exquo eramus egressi magna tempestate iactati confugimus: o uite phia dux: o uirtutis indagatrix: expultrixq; uitioꝝ: qd non modo nos: sed oino uita hominũ sine te esse potuisset. Tu urbes peperisti. Tu dissipatos hoies in societatem uitæ collocasti: tu eos inter se primo domiciliis: deinde coniugiis: tu litterarum & uocum cõione iunxisti. Tu inuentrix legum. Tu magistra moꝝ: & disciplinæ fuisti: ad te ɔfugimus: a te opez petimus: est autem unus dies bene: & ex ꝓceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus: cuius igĩ potius opibus utamur q̃ tuis: q̃ & uitæ tranqllitatem largita nobis es: & terrorem mortis sustulisti. QVicqd concupissem: idest bonam: beatamq; uitam in oi fortuna. STudiis nr̃is: philosophicis curis: nec nõ decretis: atq; ꝓceptis. HAnc: platonicam: & aristotelicam. ACutiorem: elegantiorem: & certiore uia idest dialecticis formulis progredientem. DIcebant: stoici scilicet: q asseuerabant pipateticos: & platonicos ignoratione dialectices laborare. NOstram: epicuream: quam sectabatur pomponius atticus. IOcans: urbanitate utens: qm̃ attico sale conditus erat: & iccirco iocus attice phianti cõueniebat in primis. PLane: aperte: clare. APtis: idoneis: ꝓpriis: & elegantib⁹: qm̃ cicero donauit romana q̃si ciuitate phiam: & sapientiam cum eloquentia ingenii prope diuini felicitate coniunxit. AD me: domum meam: q̃ erat ꝓpe dypylon portam uidelicet achademiæ uicinam: in primo de legibus loquens cuz pomponio attico dicit: & uerũ ne sit athenis non longe item a tua illa antiqua domo ꝙ orithyam aquilo sustulerit sic enim est traditum. IN oppidum: urbem idest athenas regressi ad ædes pomponii attici diuertimus: oppidum est generale nomen urbium: ab ope dictum ut habetur de uerboꝝ significatione quod eius rei causa mænia constituta sunt. Territorium uero est uniuersitas agroꝝ intra fines ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt quod magistratus eius loci inter eos fines terrendi idest submouendi ius habent: urbare est aratro definire: urbũ dicitur aratri curuatura qd̕ in urbe condenda solebat adhiberi.

Bonũ maius est magis expetibile.


Oppiduz nomẽ generale ẽ.

& esset ferendũ uiro. Hic si pipateticus fuisset, ꝑmãsisset credo in snĩa, qm̃ dolorẽ dicũt malũ esse, de aspitate aũt eius fortiter ferẽda ꝓcipiũt eadẽ q̃ stoici, & qdẽ Arcesilas tuus etsi fuit in differendo ꝑtinax, tñ nr̃ fuit. Erat enĩ Polemonis. Is cũ arderet podagræ doloribꝰ, uisitasset q; hoĩem carneades epicuri ꝑfamiliaris, & tristis exiret, mane quæso inqt Carneade nr̃, nihil illinc huc ꝑuenit, ostendit pedes & pectus, Attamen hic mallet non dolere. Hæc igĩ est nr̃a rõ, q̃ tibi uideĩ incõstãs, cũ propter uirtutis cælestẽ quandã & diuinã tantãq; ꝓstãtiam ut ubi uirtus sit, resq; magnæ, & sumendæ, laudabilesq; uirtute gestæ ibi esse miseria, & erumna nõ possit, tñ labor possit & molestia, non dubitẽ dicere, oẽs sapientes semp beatos esse, sed tñ fieri posse ut sit alius alio beatior. At q iste locus est Piso tibi etiã atq; etiã cõfirmãdus inq̃, quẽ si tenueris, non mõ meũ Ciceronẽ sed etiã me ipm abducas licebit. Tum quintus mihi qdẽ inqt satis hoc confirmatũ uideĩ. Lætor quidẽ philosophiã cuius antea supellectilẽ pluris æstimabã, q̃ possessiões reliquorum, ita mihi diues uidebaĩ, ut ab ea petere possem qcqd in studiis nostris cõcupissem. Hanc igĩ lætor etiam acutiorẽ repertã q̃ cæteras, quod quidam ei deesse dicebant. Nunq̃ nr̃am qdem Pomponius inqt iocans. Sed me hercule pergrata mihi est orõ tua. Quæ enĩ dici latine posse nõ arbitrabar, ea dicta sunt a te, nec minus plane, q̃ dicuntur a græcis uerbis aptis. Sed tempus est si uidetur, & recta quidem ad me. Quod cum ille dixisset, & satis disputatum uideretur, in oppidum ad Pomponium perreximus omnes.

Laus deo optimo, maximoq;.

Finis: Laus deo optimo: maximoq;.

Petrus Marsus recognoscebat: & enarrabat. An. Sal. M.D.XI.



Finiunt quinq; libri, Marci Tulii Ciceronis, de finibus bonorum, atq; malorum antea mendosi, & uix intelligibiles, Nunc uero fidelissimo exemplari manu scripto in pristinum candorem redacti. Adiunctis eruditissimis cōmen tariis. D. Petri marsi, nuper ex ipsius archiuo in lucem editis. Nec nō quampluribus in margine notationibus. Vna cum elegantissimo indice omnium eorum, quæ memoratu digna sunt. Impressi au tem in alma Venetiarum ciuitate accuratissima diligentia per Cæsarem Arriuabenum Venetum. Anno a natiuitate domini nostri Iesu Christi millesimo qngentesimo ui gesimo septimo, Die uero ultimo mensis februarii.

Regnante Serenissimo, ac Illustrissimo
Principe Domino Andrea Griti
Duce Venetiarum.

Registrum.

A a b c d e f g h i k l m

Omnes Sunt Terni.

